SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM OPUSCULA PRAECIPUA QUAEDAM.

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM OPUSCULA PRAECIPUA QUAEDAM.

RECENSUIT,

NOTASQUE SUAS ET ALIORUM


ADDIDIT,

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S.T.P.

COLLEGII S. MAGDALENAE OXON. PRAESES.

EDITIO TERTIA.

TOM. II.



OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

M.DCCC.LVIII.

CANONES
EPHESINI CONCILII

ANNO CHRISTI CCCCXXXI CELEBRATI.

CANONES
CONCILII EPHESINI GENERALIS.

Κανόνες τῶν διακοσίων ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων.

5 Canones ducentorum sanctorum beatorum Patrum, qui Ephesi convenerunt.

Epistola Synodica.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθεῖσα ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων Βα-
10 σιλέων [Impp. Theodosii et Valentiniani], τοῖς καθ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν τε καὶ πόλιν Ἐπισκόποις, Πρεσβυτέροις, Διακόνοις, καὶ παντὶ τῷ λαῷ.

Sancta et oecumenica Synodus, ex decreto piissimorum Imperatorum Ephesi congregata, singularum provinciarum ac civita-
15 tum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, et universo populo.

ΣΥΝΑΧΘΕΝΤΩΝ ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα μικρῷ πρὸς, ἔξαρχον τῆς ἑαυτῶν ἀποστασίας ἐσχηκότες τὸν τῆς
20 Ἀντιοχέων Ἐπίσκοπον Ἰωάννην· ὧν καὶ τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· πρῶτος οὗτος Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, καὶ Ἰωάννης Δαμασκοῦ, Ἀλέξανδρος

Quum essemus Ephesi secundum pias Imperatorum litteras congregati, defecerunt quidam a nobis numero paulo plus triginta, defectionis suae antesignanum Joannem Antiochenum Episcopum habentes. Horum nomina haec sunt. Primus ipse Joannes Antiochiae Syriae Episcopus, Joannes Damasci Epi-

Ἀπαμείας, Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως, Ἱμέριος Νικομηδείας, Φριτιλᾶς Ἡρακλείας, Ἑλλάδιος Ταρσοῦ, Μαξιμῖνος Ἀναζάρβου, Θεόδωρος Μαρκιανουπόλεως, Πέτρος Τραϊανουπόλεως, Παῦλος Ἐμίσης, Πολυχρόνιος Ἡρακλειωτῶν πόλεως, Εὐθύριος Τυάνων, 5 Μελέτιος Νεοκαισαρείας, Θεοδώρητος Κύρου, Ἀπρίγγιος Καλχηδόνος, Μακάριος Λαοδικείας τῆς μεγάλης, Ζῶσυς Ἐσβοῦντος, Σαλούστιος Κωρύκου Κιλικίας, Ἡσύχιος Κασταβάλης Κιλικίας, Οὐαλεντῖνος Μουτλοβλάκης, Εὐστάθιος Παρνασοῦ, Φίλιππος 10 Θεοδοσιανῶν, Δανιὴλ τε, καὶ Δεξιανὸς, Ἰουλιανός τε, καὶ Κύριλλος, Ὀλύμπιός τε, καὶ Διογένης, Πολιὸς, Θεοφάνης Φιλαδελφείας, Τραϊανὸς Αὐγούστης, Αὐρήλιος Εἰρηνουπόλεως, Μουσαῖος Ἀράδου, Ἑλλάδιος Πτολεμαΐδος· οἵτινες τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας 15 μηδεμίαν ἔχοντες ἄδειαν ὡς ἐξ αὐθεντίας ἱερατικῆς, εἰς τὸ δύνασθαί τινας ἐκ ταύτης βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν, διὰ τὸ καί τινας ἐν αὐτοῖς εἶναι καθῃρημένους, πρὸ πάντων μὲν τὰ Νεστορίου καὶ τὰ Κελεστίου φρονή-

scopus, Alexander Apameae, Alexander Hierapolis, Himerius Nicomediae, Fritilas Heracleae, Helladius Tarsi, Maximinus Anazarbi, Dorotheus Marcianopolis, Petrus Trajanopolis, Paulus Emisae, Polychronius Heracleopolis, Eutherius Tyanensium, Meletius Neocaesariensis, Theodoretus Cyri, Apringius Chalcedonis, Macarius Laodiceae magnae, Zosys Esbuntis, Sallustius Coryci Ciliciae, Hesychius Castabalae Ciliciae, Valentinus Mutloblacae, Eustathius Parnassi, Philippus Theodosiopolis, Daniel, et Dexianus, et Julianus, et Cyrillus, et Olympius, et Diogenes, et Palladius, Theophanes Philadelphiae, Trajanus Augustae, Aurelius Irenopolitanus, Musaeus Aradi, Helladius Ptolemaidis. Hi nullam omnino ecclesiasticae communionis facultatem habentes, ut ex auctoritate sacerdotali cuiquam nocere vel prodesse possint, propterea quod etiam quidam ex ipsis sunt depositi, cum in primis Nestorii et Celestii sequi sententias manifeste ex eo sunt deprehensi,

ματα ἐπιφερόμενοι σαφέστατα ἀπεδείχθησαν, ἐκ τοῦ μὴ ἑλέσθαι μεθ᾽ ἡμῶν Νεστορίου καταψηφίσασθαι· οὕς τινας δόγματι κοινῷ ἡ ἁγία Σύνοδος πάσης μὲν ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀλλοτρίους ἐποίησε, πᾶσαν 5 δὲ αὐτῶν ἐνέργειαν ἱερατικὴν περιεῖλε, δι᾽ ἧς ἠδύναντο βλάπτειν ἢ ὠφελεῖν τινάς.

quod Nestorium nobiscum condemnare noluerunt: quos sancta Synodus communi decreto ab 10 omni ecclesiastica communione alienos esse statuit, et omnem sacerdotii functionem illis ademit, per quam aliquibus vel nocere vel prodesse poterant.

Apud Concilia, edit. Harduin. tom. I. pag. 1621. edit. Labbe et Cossart. tom. III. p. 801.

ΚΑΝΩΝ Α.

ΕΠΕΙΔΗ δὲ ἐχρῆν καὶ τοὺς ἀπολειφθέντας τῆς 15 ἁγίας Συνόδου, καὶ μείναντας κατὰ χώραν ἢ πόλιν διά τινα αἰτίαν ἢ ἐκκλησιαστικὴν ἢ σωματικὴν, μὴ ἀγνοῆσαι τὰ περὶ αὐτῶν τετυπωμένα, γνωρίζομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι καὶ ἀγάπῃ, ὅτιπερ εἴτις Μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας ἀποστατήσας τῆς ἁγίας καὶ οἰ-20 κουμενικῆς Συνόδου, προσέθετο τῷ τῆς ἀποστασίας συνεδρίῳ, ἢ μετὰ τοῦτο προστεθείη, ἢ τὰ Κελεστίου ἐφρόνησεν ἢ φρονήσει, οὗτος κατὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόπων διαπράττεσθαί τι οὐδαμῶς δύναται,

Interprete Gentiano Herveto.

CANON I.

QUONIAM oportet etiam eos qui sanctae Synodo non interfuerunt, propter aliquam causam vel ecclesiasticam vel corporalem, non ignorare ea quae in ipsa statuta sunt, vestrae sanctitati et dilectioni notum facimus, quod si quis Metropolitanus a sancta et universali Synodo deficiens, apostasiae seu defectionis consessui ac conventiculo adhaesit, vel posthac adhaeserit, vel cum Celestio sensit aut senserit, is adversus suae provinciae Episcopos nihil penitus agere potest, omni ec-

πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς Συνόδου ἐκβεβλημένος καὶ ἀνενέργητος ὑπάρχων· ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόποις καὶ τοῖς πέριξ Μητροπολίταις τοῖς τὰ τῆς ὀρθοδοξίας φρονοῦσιν ὑποκείσεται, εἰς τὸ πάντῃ καὶ τοῦ βαθμοῦ 5 τῆς Ἐπισκοπῆς ἐκβληθῆναι.

ΚΑΝΩΝ Β.

Εἰ δέ τινες ἐπαρχιῶται Ἐπίσκοποι ἀπελείφθησαν τῆς ἁγίας Συνόδου, καὶ τῇ ἀποστασίᾳ προσετέθησαν, ἢ προστεθῆναι πειραθεῖεν, ἢ καὶ ὑπογράψαντες 10 τῇ Νεστορίου καθαιρέσει ἐπαλινδρόμησαν πρὸς τὸ τὴν ἀποστασίας συνέδριον, τούτους πάντῃ κατὰ τὸ δόξαν τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἱερωσύνης καὶ τοῦ βαθμοῦ ἐκπίπτειν.

ΚΑΝΩΝ Γ. 15

Εἰ δέ τινες καὶ τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἢ χώρᾳ κληρικῶν, ὑπὸ Νεστορίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὄντων, τῆς ἱερωσύνης ἐκωλύθησαν διὰ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν, ἐδι-

clesiastica communione abhinc a Synodo ejectus, et ad nullum exercendum munus officiumque sit idoneus; sed et ipsis provinciae Episcopis, et iis qui sunt circumcirca Metropolitanis, qui quae sunt rectae opinionis sentiunt, omnino subjicietur, et de Episcopatus gradu dejicietur.

CANON II.

Si autem nonnulli provinciales Episcopi sanctae Synodo non interfuerunt, et apostasiae accesserunt, vel accedere conati fuerunt; vel, quum etiam Nestorii depositioni subscripsissent, ad apostasiae consessum recurrerunt, ii omnino, ut sanctae Synodo visum est, sint a sacerdotio alieni et gradu excidant.

CANON III.

Si qui autem ex clericis qui sunt in unaquaque urbe vel regione, et sunt sub Nestorio et iis qui sunt cum ipso, sacerdotio autem sunt interdicti, eo quod recte sentiant, ut ii quo-

καιώσαμεν καὶ τούτους τὸν ἴδιον ἀπολαβεῖν βαθμόν· κοινῶς δὲ τοὺς τῇ ὀρθοδόξῳ καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ συμφρονοῦντας κληρικοὺς, κελεύομεν τοῖς ἀποστατήσασιν ἢ ἀφισταμένοις Ἐπισκόποις μηδόλως ὑπο-
5 κεῖσθαι κατὰ μηδένα τρόπον.

ΚΑΝΩΝ Δ.

Εἰ δέ τινες ἀποστατήσαιεν τῶν κληρικῶν, καὶ τολμήσαιεν ἢ κατ' ἰδίαν ἢ δημοσίᾳ τὰ Νεστορίου ἢ τὰ Κελεστίου φρονῆσαι, καὶ τούτους εἶναι καθῃρη-
10 μένους, ὑπὸ τῆς ἁγίας Συνόδου δεδικαίωται.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Ὅσοι δὲ ἐπὶ ἀτόποις πράξεσι κατεκρίθησαν ὑπὸ τῆς ἁγίας Συνόδου ἢ ὑπὸ τῶν οἰκείων Ἐπισκόπων, καὶ τούτοις ἀκανονίστως κατὰ τὴν ἐν ἅπασιν ἀδια-
15 φορίαν αὐτοῦ ὁ Νεστόριος, καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες, ἀποδοῦναι ἐπειράθησαν ἢ πειραθεῖεν κοινωνίαν ἢ βαθμὸν, ἀνωφελήτους μένειν καὶ τούτους, καὶ εἶναι οὐδὲν ἧττον καθῃρημένους ἐδικαιώσαμεν.

que proprium gradum recipiant, justum censuimus; communiter autem omnibus, qui cum orthodoxa et universali Synodo consentiunt, clericis, jubemus iis qui desciverunt vel desciscunt Episcopis nullo penitus modo subjici.

CANON IV.

Si qui autem clerici defecerint, et ausi sint vel privatim vel publice, vel cum Nestorio vel cum Celestio sentire, eos quoque esse a sancta Synodo depositos justum visum est.

CANON V.

Quicunque autem propter indigna sua facta a sancta Synodo vel a proprio Episcopo condemnati sunt, et eis non canonice, prout omnia facit indiscriminatim Nestorius vel qui idem cum eo sentiunt, restituere tentarunt vel tentaverint communionem vel gradum, id nihil eis prodesse, et depositos nihilo secius manere justum putarunt.

ΚΑΝΩΝ ϛ.

Ὁμοίως δὲ καὶ εἴτινες βουληθεῖεν τὰ περὶ ἑκάστων πεπραγμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ παρασαλεύειν, ἡ ἁγία Σύνοδος ὥρισεν, εἰ μὲν Ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοὶ, τοῦ οἰκείου 5 παντελῶς ἀποπίπτειν βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀκοινωνήτους ὑπάρχειν.

ΔΙΑΛΑΛΙΑ τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου, ἐκφωνηθεῖσα μετὰ τὸ ἀναγνωσθῆναι τὴν ἔκθεσιν τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων 10 τῶν ἐν Νικαίᾳ, καὶ τὸ δυσσεβὲς σύμβολον τὸ ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας παραπλασθὲν, καὶ ὑπὸ Χαρισίου Πρεσβυτέρου Φιλαδελφίας ἐπιδοθὲν τῇ αὐτῇ κατὰ Ἔφεσον ἁγίᾳ Συνόδῳ.

ΚΑΝΩΝ Ζ. 15

Τούτων τοίνυν ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν ἤγουν συγγράφειν ἢ συντιθέναι, παρὰ τὴν ὁρισθεῖ-

CANON VI.

Similiter autem, si qui voluerint quae in sancta Ephesina Synodo de singulis acta sunt quovis modo labefactare, decrevit sancta Synodus, si sint quidem Episcopi vel clerici, a proprio gradu omnino excidere, si autem laici, excommunicatos manere.

DECRETUM ejusdem sanctae Synodi pronunciatum postquam lecta fuisset expositio CCCXVIII beatorum Patrum Nicaeni Concilii, et impium symbolum a Theodoro Mopsuestiae factum, et a Charisio Presbytero Philadelphiae eidem sanctae Synodo traditum.

CANON VII.

His lectis, decrevit sancta Synodus, non licere cuipiam aliam fidem afferre vel scribere vel componere, quam eam

σαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συναχθέντων πόλει, σὺν Ἁγίῳ Πνεύματι.

Τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν ἢ προφέρειν τοῖς θέλουσιν ἐπιστρέ-
5 φειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, ἢ ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως οἱασδήποτε, τούτους, εἰ μὲν εἶεν Ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς Ἐπισκόπους τῆς Ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζε-
10 σθαι. Κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον, εἰ φωραθεῖέν τινες, εἴτε Ἐπίσκοποι, εἴτε κληρικοὶ, εἴτε λαϊκοὶ, ἢ φρονοῦντες ἢ διδάσκοντες τὰ ἐν τῇ προκομισθείσῃ ἐκθέσει παρὰ Χαρισίου τοῦ Πρεσβυτέρου, περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἤγουν
15 τὰ πικρὰ καὶ διεστραμμένα τοῦ Νεστορίου δόγματα, ἃ καὶ ὑποτέτακται, ὑποκείσθωσαν τῇ ἀποφάσει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς Συνόδου· ὥστε δηλονότι τὸν μὲν Ἐπίσκοπον ἀπαλλοτριοῦσθαι τῆς Ἐπισκοπῆς καὶ εἶναι καθῃρημένον· τὸν δὲ κληρικὸν ὁμοίως

quae a sanctis Patribus qui Nicaeae congregati sunt, in Sancto Spiritu definita est.

Qui autem aliam fidem audent componere vel adducere, vel offerre iis, qui se ad veritatis agnitionem volunt convertere, vel ex gentilitate, vel ex Judaismo, vel ex quacunque secta, eos qui sint quidem Episcopi vel clerici, ab Episcopatu esse alienos Episcopos, et clericos a clero; si autem sint laici, anathematizari. Eodem modo autem si deprehensi fuerint aliqui, sive Episcopi, sive clerici, sive laici, vel sentire vel docere ea quae sunt in expositione allata a Charisio Presbytero, de humanae naturae susceptione unigeniti Filii Dei, sive scelerata et perversa Nestorii dogmata, quae etiam subjecta sunt, subjiciantur sententiae hujus sanctae et universalis Synodi, ut Episcopus quidem scilicet sit ab Episcopatu alienus, clericus autem gradu si-

ἐκπίπτειν τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκός τις εἴη, καὶ οὗτος ἀναθεματιζέσθω, καθὰ εἴρηται.

ΨΗΦΟΣ τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου, ἐκφωνηθεῖσα ἐκ προσελεύσεως γενομένης αὐτῇ παρὰ τῶν Κυπρίων Ἐπισκόπων. 5

ΚΑΝΩΝ Η.

Πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων καινοτομούμενον, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον, προσήγγειλεν ὁ θεοφιλέστατος συνεπίσκοπος Ῥηγῖνος, καὶ οἱ σὺν 10 αὐτῷ θεοφιλέστατοι Ἐπίσκοποι τῆς Κυπρίων ἐπαρχίας, Ζήνων καὶ Εὐάγριος· ὅθεν, ἐπειδὴ τὰ κοινὰ πάθη μείζονος δεῖται τῆς θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν, ὥστε τὸν Ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων πολέως 15 τὰς ἐν Κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν Κύπρον προεστῶτες, 20

militer excidat: si sit autem quis laicus, anathematizetur et ipse, ut prius dictum est.

DECRETUM sanctae Synodi promulgatum e supplicatione facta eidem a Cypriis Episcopis.

CANON VIII.

Rem praeter leges ecclesiasticas et sanctorum Patrum canones innovatam, et omnium libertatem attingentem, renunciavit nobis inprimis pius Episcopus Rheginus, et qui cum eo sunt, Cypriorum provinciae religiosissimi Episcopi, Zeno et Evagrius. Quamobrem quoniam communes morbi majori medicina opus habent, ut qui majus etiam damnum afferant, et maxime si neque antiqua consuetudo consecuta est, ut Antiochenae civitatis Episcopus

κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ὁσίων Πατέρων καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων Ἐπισκόπων ποιούμενοι· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἐπαρ-5 χιῶν παραφυλαχθήσεται, ὥστε μηδένα τῶν θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων ἐπαρχίαν ἑτέραν οὐκ οὖσαν ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ, ἤγουν τῶν πρὸ αὐτοῦ, χεῖρα καταλαμβάνειν. Ἀλλ' εἰ καί τις κατέλαβε καὶ ὑφ' ἑαυτῷ πεποίηται βιασάμενος, ταύτην ἀποδιδό-10 ναι· ἵνα μὴ τῶν Πατέρων οἱ Κανόνες παραβαίνωνται, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι, ἐξουσίας τῦφος κοσμικῆς παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάν-15 των ἀνθρώπων ἐλευθερώτης[a].

Ἔδοξε τοίνυν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καθαρὰ καὶ ἀβίαστα τὰ αὐτῇ προσόντα δίκαια ἐξαρχῆς ἄνωθεν, κατὰ τὸ

in Cypro ordinationes faciat, quemadmodum libellis et propriis vocibus nos docuerunt viri religiosissimi, qui ad sanctam Synodum accesserunt: iis qui sacris Cypri Ecclesiis praesunt fraudi ac probro non erit, nec ulla vis aut impedimentum eis afferetur, si secundum sanctorum Patrum canones et antiquam consuetudinem, per se religiosissimorum Episcoporum electiones faciant. Idem autem et in aliis dioecesibus et quae sunt ubique provinciis servabitur; ut nullus Episcoporum religiosissimorum provinciam aliam, quae non multis retro annis, et ab initio, sub sua, vel eorum qui illum praecesserunt, manu fuerit, invadat. Sed et si quis invaserit, et sibi per vim submiserit, eam reddat, ne sanctorum Patrum Canones transiliantur, nec sub sacerdotalis muneris praetextu saecularis potestatis fastus subeat, nec libertatem paulatim imprudentes amittamus, quam nobis proprio sanguine dedit Dominus Jesus Christus, omnium hominum liberator.

[a] Gal. v. 1.

πάλαι κρατῆσαν ἔθος, ἄδειαν ἔχοντος ἑκάστου Μητροπολίτου τὰ ἶσα τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἐκλαβεῖν. Εἰ δέ τις μαχόμενον τύπον τοῖς νῦν ὡρισμένοις προκομίσοι, ἄκυρον τοῦτον εἶναι ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ. 5

Sanctae ergo et universali Synodo visum est, ut unicuique provinciae pura et inviolata serventur jura quae ab initio et multis retro annis habet, secundum consuetudinem quae jam olim servata est; potestatem habente unoquoque Metropolitano, actorum exemplaria ad suam securitatem accipere. Si quis autem constitutionem aliquam, iis quae nunc definita sunt repugnantem attulerit, eam quoque esse irritam visum est toti sanctae et universali Synodo.

Expliciunt Canones Ephesini Concilii.

S. CYRILLI
ALEX. AD NESTORIUM
SYNODICA EPISTOLA
ANNO CHRISTI CCCCXXX CONSCRIPTA.

EX LIBELLO SYNODICO,

ALEXANDRINA CYRILLI.

ΚΑΙ Νεστόριος ἐξ Ἀντιοχείας, ὁ φρενοβλαβὴς Πρεσβύτερος, διαδέχεται τὸν Σισίννιον. [Archiepi-
5 scopum CPol.] Ὃς τῆς ἀληθείας τὸν λόγον παρίθυνε, Θεοτόκον λέγειν τὴν παναγίαν Παρθένον μὴ προσιέμενος, καὶ τὴν καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ Σωτῆρος τῶν ὅλων Χριστοῦ δοξάζειν οὐκ ἀνεχόμενος· καθ᾽ οὗ Κύριλλος ὁ μέγας ἀγωνισάμενος Σύνοδον θείαν
10 καὶ ἱερὰν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνήθροισεν. Ἥτις ὅρον κεφαλαίων δύο καὶ δέκα ἐκθεμένη, τῷ Νεστορίῳ ἀπέστειλεν, ὅντινα μᾶλλον ἀποσεισάμενος τῇ κιβδήλῳ ἑαυτὸν δόξῃ προσέθηκε, τῆς Ἐκκλησίας ταράττων τὸ σύστημα. p. 50. edit. Argentorat.

15 SISINNIO autem insanus ille Nestorius ab Antiochia successit, qui sermonem veritatis corrupit, quum non sustineret ut beata Virgo Θεοτόκος, id est Deipara, diceretur, neque concederet ut hypostatica Christi Servatoris omnium unio praedicaretur. Con-
20 tra eum Cyrillus ille magnus depugnans, Synodum divinam et sacram Alexandriae congregavit, quae decretum capitum duodecim edidit, Nestorioque transmisit. Sed hoc ille aversatus, adulterinae sese opinioni adjunxit, et Ecclesiae compagem turbavit.

S. CYRILLI

ET

SYNODI ALEXANDRINAE

AD NESTORIUM EPISTOLA,

ADJUNCTIS CAPITULIS DUODECIM, POSTEA APUD EPHESINUM CONCILIUM GENERALE RECEPTA.

Ἴσον Ἐπιστολῆς Κυρίλλου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Νεστόριον περὶ τῆς ἀκοινωνησίας.

Exemplum Epistolae Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium de excommunicatione.

5 Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ, Κύριλλος καὶ ἡ συνελθοῦσα Σύνοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκ τῆ Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

A.

10 ΤΟΥ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος ἐναργῶς, ‘ Ὁ φιλῶν ‘ πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, ‘ καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ‘ ἄξιος[a],’ τί πάθωμεν ἡμεῖς, οἱ παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας ἀπαιτούμενοι τὸ ὑπεραγαπᾷν σε τοῦ πάντων ἡμῶν

[a] Matt. x. 37.

Σωτῆρος Χριστοῦ; τίς ἡμᾶς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὀνῆσαι δυνήσεται; ἢ ποίαν εὑρήσομεν ἀπολογίαν, σιωπὴν οὕτω τιμήσαντες [*fors.* τηρήσαντες] τὴν μακρὰν ἐπὶ ταῖς παρὰ σοῦ γενομέναις κατ᾽ αὐτοῦ δυσφημίαις; καὶ εἰ μὲν σαυτὸν ἠδίκεις μόνον, τὰ τοιαῦτα φρονῶν καὶ διδάσκων, ἧττων ἂν ἦν ἡ φροντίς· ἐπειδὴ δὲ ἐσκανδάλισας Ἐκκλησίαν, καὶ ζύμην αἱρέσεως ἀήθους καὶ ξένης ἐμβέβληκας τοῖς λαοῖς, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐκεῖσε μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ περιηνέχθη τῶν σῶν ἐξηγήσεων τὰ βιβλία, ποῖος ἔτι τῶν [*Corr.* τῆς] παρ᾽ ἡμῖν σιωπῆς ἀρκέσει λόγος; ἢ πῶς οὐκ ἀνάγκη μεμνῆσθαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, 'Μὴ νομίσητε ὅτι 'ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. 'Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐ- 'τοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς[a].' Πίστεως γὰρ ἀδικουμένης, ἐῤῥέτω μὲν ὡς ἕωλος καὶ ἐπισφαλὴς ἡ πρὸς γονέας αἰδώς, ἠρεμείτω δὲ καὶ ὁ τῆς εἰς τέκνα καὶ ἀδελφοὺς φιλοστοργίας νόμος, καὶ τοῦ ζῆν ἀμείνων ἔστω λοιπὸν τοῖς εὐσεβέσιν ὁ θάνατος, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον[b].

B.

Ἰδοὺ τοίνυν ἅμα τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην συνειλεγμένῃ, προεδρεύοντος τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κελεστίνου τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τρίτῳ σοι τούτῳ διαμαρτυρόμεθα γράμματι, συμβουλεύοντες ἀποσχέσθαι μὲν τῶν οὕτω σκαιῶν καὶ διεστραμμένων δογμάτων ἃ καὶ φρονεῖς καὶ διδάσκεις, ἀνθελέσθαι δὲ

[a] Matt. x. 34, 35. [b] Heb. xi. 35.

τὴν ὀρθὴν πίστιν τὴν ταῖς Ἐκκλησίαις παραδοθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς διὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν, οἳ καὶ αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ Λόγου γεγόνασι[a]. Καὶ εἰ μὴ τοῦτο δράσειεν ἡ σὴ εὐλάβεια, κατὰ
5 τὴν ὁρισθεῖσαν προθεσμίαν ἐν τοῖς γράμμασι τοῦ μνημονευθέντος ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν τοῦ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπου Κελεστίνου, γίνωσκε σαυτὸν οὐδένα κλῆρον ἔχοντα μεθ' ἡμῶν, οὐδὲ τόπον ἢ λόγον ἐν τοῖς
10 ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ καὶ Ἐπισκόποις. Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται περιιδεῖν ἡμᾶς Ἐκκλησίας οὕτω τεθορυβημένας, καὶ σκανδαλισθέντας λαοὺς, καὶ πίστιν ὀρθὴν ἀθετουμένην, καὶ διασπώμενα παρὰ σοῦ τὰ ποίμνια τοῦ σώζειν ὀφείλοντος, εἴπερ ἦσθα καθ' ἡμᾶς ὀρθῆς δόξης ἐραστὴς,
15 τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων ἰχνηλατῶν εὐσέβειαν. Ἅπασι δὲ τοῖς παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας κεχωρισμένοις διὰ τὴν πίστιν, ἢ καθαιρεθεῖσι, λαϊκοῖς τε καὶ κληρικοῖς, κοινωνικοὶ πάντες ἡμεῖς ἐσμέν· οὐ γάρ ἐστι δίκαιον τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν ἐγνωκότας σαῖς ἀδικεῖσθαι ψήφοις,
20 ὅτι οἱ [σοι *Vet. Interp. Dionysius*] καλῶς ποιοῦντες ἀντειρήκασι. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ καταμεμήνυκας ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ γραφείσῃ παρὰ σοῦ πρὸς τὸν τῆς μεγάλης Ῥώμης ἁγιώτατον καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κελεστῖνον. Οὐκ ἀρκέσει δὲ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὸ συνομολο-
25 γῆσαι μόνον τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, τὸ ἐκτεθὲν κατὰ καιροὺς ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι παρὰ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Συνόδου τῆς κατὰ καιροὺς [*abest* κατὰ καιροὺς *a Dionysii Interp.*] συναχθείσης ἐν τῇ Νικαέων. Νενόηκας γὰρ καὶ ἡρμήνευκας οὐκ ὀρθῶς αὐτὸ, διεστραμμένως

[a] Luc. i. 2.

δὲ μᾶλλον, κᾂν ὁμολογῇς τῇ φωνῇ τὴν λέξιν. Ἀλλὰ γὰρ ἀκόλουθον ἐγγράφως καὶ ἐνωμότως ὁμολογῆσαι, ὅτι καὶ ἀναθεματίζεις μὲν τὰ μιαρὰ σαυτοῦ καὶ βέβηλα δόγματα, φρονήσεις δὲ καὶ διδάξεις ἃ καὶ ἡμεῖς πάντες, οἵ τε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν ἑῴαν Ἐπί- 5 σκοποι καὶ διδάσκαλοι καὶ λαῶν ἡγούμενοι· συνέθετο δὲ καὶ ἡ κατὰ τὴν Ῥώμην ἁγία Σύνοδος, καὶ ἡμεῖς ἅπαντες, ὡς ὀρθῶς ἐχούσαις καὶ ἀνεπιλήπτως, ταῖς γραφείσαις ἐπιστολαῖς πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν παρὰ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας. Ὑπετάξαμεν δὲ 10 τούτοις ἡμῶν τοῖς γράμμασιν ἅ τε δεῖ φρονεῖν καὶ διδάσκειν, καὶ ὧν ἀπέχεσθαι προσήκει· αὕτη γὰρ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἡ πίστις, ᾗ συναινοῦσιν ἅπαντες οἵ τε κατὰ τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν ἑῴαν ὀρθόδοξοι Ἐπίσκοποι. 15

Γ.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς 20 οὐσίας τοῦ Πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν 25 κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν

ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ
ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστά-
σεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, καὶ τρεπτὸν ἢ ἀλλοι-
ωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθο-
5 λικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. Ἑπόμενοι δὲ πανταχ-
χοῦ ταῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὁμολογίαις, αἳ πεποίηνται
λαλοῦντος ἐν αὐτοῖς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸν
τῶν ἐν αὐτοῖς ἐννοιῶν ἰχνηλατοῦντες σκοπὸν, καὶ βα-
σιλικὴν ὥσπερ ἐρχόμενοι τρίβον, φαμὲν, ὅτι αὐτὸς ὁ
10 μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ἐξ αὐτῆς γεννηθεὶς τῆς
οὐσίας τοῦ Πατρὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸς ἀληθινὸς,
τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε
ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, τῆς ἡμέτερας ἕνεκα
σωτηρίας κατελθὼν, καὶ καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν,
15 ἐσαρκώθη τε καὶ ἐνηνθρώπησε, τουτέστι σάρκα λαβὼν
ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ ἰδίαν αὐτὴν ποιησάμενος
ἐκ μήτρας, τὴν καθ' ἡμᾶς ὑπέμεινε γέννησιν, καὶ προῆλ-
θεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, οὐχ ὅπερ ἦν ἀποβεβληκὼς,
ἀλλ' εἰ καὶ γέγονεν ἐν προσλήψει σαρκὸς καὶ αἵματος,
20 καὶ οὕτω μεμενηκὼς ὅπερ ἦν, Θεὸς δηλονότι φύσει τε
καὶ ἀληθείᾳ· οὔτε δὲ τὴν σάρκα φαμὲν εἰς θεότητος
τραπῆναι φύσιν, οὔτε μὴν σαρκὸς εἰς φύσιν τὴν ἀπόρ-
ρητον Θεοῦ λόγου παρενεχθῆναι φύσιν, ἄτρεπτος γάρ
ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος· παντελῶς μὲν ὁ αὐτὸς ἀεὶ
25 ὢν [*Al.* μένων] κατὰ τὰς γραφάς· ὁρώμενος δὲ, καὶ
βρέφος ἐν σπαργάνοις μένων [*fors.* ὢν] ἔτι καὶ ἐν
κόλποις τῆς τεκούσης Παρθένου, πᾶσαν ἐπλήρου τὴν
κτίσιν, ὡς Θεὸς, καὶ συνέδρος ἦν τῷ γεγεννηκότι· τὸ
γὰρ θεῖον ἄποσόν τέ ἐστι καὶ ἀμέγεθες, καὶ περιο-
30 ρισμὸν οὐκ ἀνέχεται.

Δ.

Ἡνῶσθαί γε μὴν σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες τὸν Λόγον, ἕνα προσκυνοῦμεν Υἱὸν καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὔτε ἀνὰ μέρος τιθέντες καὶ διορίζοντες ἄνθρωπον καὶ Θεὸν, οὔτε [*fors.* οὔτε ὡς *Vid. Not.*] 5 συνημμένους μᾶλλον ἀλλήλοις τῇ τῆς ἀξίας καὶ αὐθεντίας ἑνότητι· κενοφωνία γὰρ τοῦτο, καὶ ἕτερον οὐδέν· οὔτε μὴν Χριστὸν ἰδικῶς ὀνομάζοντες τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, καὶ ὁμοίως ἰδικῶς Χριστὸν ἕτερον τὸν ἐκ γυναικός· ἀλλ' ἕνα μόνον εἰδότες Χριστὸν, τὸν ἐκ 10 Θεοῦ Πατρὸς Λόγον μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. Τότε γὰρ ἀνθρωπίνως κέχρισται μεθ' ἡμῶν, καίτοι τοῖς ἀξίοις τοῦ λαβεῖν τὸ Πνεῦμα διδοὺς αὐτὸς, καὶ οὐκ ἐκ μέτρου, καθά φησιν ὁ μακάριος Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης[a]· ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι κατῴκησεν ὁ ἐκ Θεοῦ Λόγος ὡς 15 ἐν ἀνθρώπῳ κοινῷ τῷ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγεννημένῳ, ἵνα μὴ Θεοφόρος ἄνθρωπος νοοῖτο Χριστός. Εἰ γὰρ καὶ 'ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ὁ Λόγος,' εἴρηται δὲ καὶ ἐν Χριστῷ κατοικῆσαι 'πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότη-'τος σωματικῶς[b],' ἀλλ' οὖν ἐννοοῦμεν, ὅτι γενόμενος 20 σὰρξ, οὐχ ὥσπερ ἐν τοῖς ἁγίοις κατοικῆσαι λέγεται, κατὰ [*fors.* ἢ κατὰ] τὸν ἶσον καὶ ἐν αὐτῷ τρόπον γενέσθαι διοριζόμεθα τὴν κατοίκησιν· ἀλλ' ἑνωθεὶς κατὰ φύσιν, καὶ οὐκ εἰς σάρκα τραπεὶς, τοιαύτην ἐποιήσατο τὴν κατοίκησιν, ἣν ἂν ἔχειν λέγοιτο καὶ ἡ 25 τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ πρὸς τὸ ἴδιον ἑαυτῆς σῶμα.

E.

Εἷς οὖν ἄρα Χριστὸς, καὶ Υἱὸς καὶ Κύριος, οὐχ ὡς

[a] Joan. iii. 34. [b] Coloss. ii. 9.

συνάφειαν ἁπλῶς τὴν ὡς Θεὸν [*fors. delendum* Θεὸν, *Vid. Not.*] ἑνότητι τῆς ἀξίας, ἤγουν αὐθεντίας, ἔχοντος ἀνθρώπου πρὸς Θεόν· οὐ γὰρ ἑνοῖ τὰς φύσεις ἡ ἰσοτιμία· καὶ γοῦν Πέτρος τε καὶ Ἰωάννης ἰσότιμοι μὲν
5 ἀλλήλοις, καθὸ καὶ Ἀπόστολοι καὶ ἅγιοι μαθηταὶ, πλὴν οὐχ εἷς οἱ δύο. Οὔτε μὴν κατὰ παράθεσιν τὸν τῆς συναφείας νοοῦμεν τρόπον· οὐκ ἀπόχρη γὰρ τοῦτο πρὸς ἕνωσιν φυσικήν· οὔτε μὲν ὡς κατὰ μέθεξιν σχετικὴν, ὡς καὶ ἡμεῖς κολλώμενοι τῷ Κυρίῳ κατὰ τὸ γεγραμμένον,
10 'ἓν πνεῦμά ἐσμεν πρὸς αὐτόν[a].' Μᾶλλον δὲ τὸ τῆς συναφείας ὄνομα παραιτούμεθα, ὡς οὐκ ἔχον ἱκανῶς σημῆναι τὴν ἕνωσιν. Ἀλλ' οὐδὲ Θεὸν, ἢ δεσπότην τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον ὀνομάζομεν, ἵνα μὴ πάλιν ἀναφανδὸν τέμνωμεν εἰς δύο τὸν ἕνα
15 Χριστὸν τὸν Υἱὸν καὶ Κύριον, καὶ δυσφημίας ἐγκλήματι περιπέσωμεν, Θεὸν ἑαυτοῦ καὶ δεσπότην ποιοῦντες αὐτόν. Ἑνωθεὶς γὰρ, ὡς ἤδη προείπομεν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν, Θεὸς μέν ἐστι τῶν ὅλων, δεσπόζει δὲ τοῦ παντός. Οὔτε δὲ αὐτὸς
20 ἑαυτοῦ δοῦλός ἐστιν, οὔτε δεσπότης· εὔηθες γὰρ, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ δυσσεβὲς, τὸ οὕτω φρονεῖν καὶ λέγειν· ἔφη μὲν γὰρ Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα, καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Ἀλλ' οὐκ ἠγνοήκαμεν, ὅτι μετὰ τοῦ μεῖναι Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος
25 γέγονεν ὑπὸ Θεῷ, κατά γε τὸν πρέποντα νόμον τῇ τῆς ἀνθρωπότητος φύσει. Αὐτὸς δὲ ἑαυτοῦ πῶς ἂν γένοιτο Θεὸς ἢ δεσπότης; οὐκοῦν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὅσον ἧκεν εἴς γε τὸ πρέπον τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις, ὑπὸ Θεῷ μεθ' ἡμῶν ἑαυτὸν εἶναί φησιν, οὕτω γέγονε καὶ

[a] 1 Cor. vi. 17.

ὑπὸ νόμον, καίτοι λαλήσας αὐτὸς τὸν νόμον, καὶ νομοθέτης ὑπάρχων ὡς Θεός.

ϛ.

Παραιτούμεθα δὲ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ, διὰ τὸν φοροῦντα τὸν φορούμενον σέβω, διὰ τὸν ἀόρατον 5 προσκυνῶ τὸν ὁρώμενον. Φρικτὸν δὲ πρὸς τούτῳ κἀκεῖνο εἰπεῖν, Ὁ ληφθεὶς τῷ λαβόντι συγχρηματίζει Θεός· ὁ γὰρ ταῦτα λέγων διατέμνει πάλιν εἰς δύο Χριστοὺς [*fors. addend. ex Vet. Interp.* τὸν ἕνα ὄντα], καὶ ἄνθρωπον ἵστησιν ἀνὰ μέρος ἰδικῶς, καὶ Θεὸν 10 ὁμοίως· ἀρνεῖται γὰρ ὁμολογουμένως τὴν ἕνωσιν, καθ' ἣν οὐχ ὡς ἕτερος ἐν ἑτέρῳ συμπροσκυνεῖταί τις, οὔτε μὴν συγχρηματίζει Θεὸς, ἀλλ' εἷς νοεῖται Χριστὸς Ἰησοῦς, Υἱὸς μονογενὴς, μιᾷ προσκυνήσει τιμώμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός. Ὁμολογοῦμεν δὲ ὅτι αὐτὸς ὁ 15 ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς Υἱὸς, καὶ Θεὸς μονογενὴς, καίτοι κατὰ φύσιν ἰδίαν ὑπάρχων ἀπαθὴς, σαρκὶ πέπονθεν ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἦν ἐν τῷ σταυρωθέντι σώματι τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀπαθῶς οἰκειούμενος πάθη. Χάριτι δὲ Θεοῦ καὶ ὑπὲρ παντὸς 20 ἐγεύσατο θανάτου[a], διδοὺς αὐτῷ τὸ ἴδιον σῶμα, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ζωὴ, καὶ αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις. ἵνα γὰρ ἀῤῥήτῳ δυνάμει πατήσας τὸν θάνατον, ὡς ἐν γε δὴ πρώτῃ [*fors.* πρωτευούσῃ, *Vid. Not.*] τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, γένηται πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοι- 25 μημένων, ὁδοποιήσῃ τε τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομὴν, χάριτι Θεοῦ, καθάπερ ἔφημεν ἀρτίως, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου· τριήμερος δὲ ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην· ὥστε κἂν λέγηται

[a] Heb. ii. 9.

δι' ἀνθρώπου γενέσθαι ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν[a], ἀλλὰ νοοῦμεν ἄνθρωπον τὸν ἐκ Θεοῦ γεγονότα Λόγον, καὶ λελύσθαι δι' αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος· ἥξει δὲ κατὰ καιροὺς ὡς εἷς Υἱὸς καὶ Κύριος ἐν τῇ δόξῃ
5 τοῦ Πατρὸς, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καθὰ γέγραπται[b].

Ζ.

᾿Αναγκαίως δὲ κᾀκεῖνο προσθήσομεν· καταγγέλλοντες γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον τοῦ μονογε-
10 νοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ᾿Ιησοῦ Χριστοῦ, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν ὁμολογοῦντες, τὴν ἀναίμακτον [*fors.* ἀναιμάκτου] ἐν ταῖς ᾿Εκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν [*fors.* θυσίας λατρείαν, *Vide Notam*]· πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς
15 μυστικαῖς εὐλογίαις καὶ ἁγιαζόμεθα, μέτοχοι γενόμενοι τῆς τε ἁγίας σαρκὸς, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οὐχ ὡς σάρκα κοινὴν δεχόμενοι· μὴ γένοιτο· οὔτε μὴν ὡς ἀνδρὸς ἡγιασμένου, καὶ συναφθέντος τῷ Λόγῳ κατὰ τὴν
20 ἑνότητα τῆς ἀξίας, ἤγουν ὡς θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος, ἀλλ' ὡς ζωοποιὸν ἀληθῶς, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ Λόγου. Ζωὴ γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὡς Θεὸς, ἐπειδὴ γέγονεν ἓν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέφηνεν αὐτήν· ὥστε κᾂν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς, ‘᾿Αμὴν ἀμὴν λέγω
25 ‘ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώ‘που, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα[c],’ οὐχ ὡς ἀνθρώπου τῶν καθ' ἡμᾶς ἑνὸς καὶ αὐτὴν εἶναι λογιούμεθα· πῶς γὰρ ἡ ἀνθρώπου σὰρξ ζωοποιὸς ἔσται κατὰ φύσιν τὴν ἑαυτῆς; ἀλλ' ὡς ἰδίαν ἀληθῶς γενομένην τοῦ δι'

[a] 1 Cor. xv. 21. [b] Act. xvii. 31. [c] Joan. vi. 53.

ἡμᾶς καὶ υἱοῦ καὶ ἀνθρώπου γεγονότος τε καὶ χρηματίσαντος.

H.

Τὰς δέ γε ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φωνὰς οὔτε ὑποστάσεσι δυσὶν, οὔτε μὴν προσώποις 5 καταμερίζομεν. Οὐδὲ γάρ ἐστι διπλοῦς ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστὸς, κᾂν ἐκ δύο νοῆται καὶ διαφόρων πραγμάτων εἰς ἑνότητα τὴν ἀμέριστον συνενηνεγμένος, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς νοεῖται καὶ σώματος, καὶ οὐ διπλοῦς μᾶλλον, ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν· 10 ἀλλὰ τάς γε ἀνθρωπίνας, καὶ πρός γε τούτῳ τὰς θεϊκὰς, παρ' [ἴσ. περὶ] ἑνὸς εἰρῆσθαι διακεισόμεθα φρονοῦντες ὀρθῶς. Ὅταν μὲν γὰρ θεοπρεπῶς λέγῃ περὶ ἑαυτοῦ, 'Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα,' καὶ, 'Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν,' τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ 15 ἀπόῤῥητον ἐννοοῦμεν φύσιν, καθ' ἣν καὶ ἕν ἐστι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα διὰ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, εἰκών τε καὶ 'χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης 'αὐτοῦ [b].' ὅταν δὲ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον οὐκ ἀτιμάζων, τοῖς Ἰουδαίοις προσλαλῇ, 'Νῦν δέ με ζητεῖτε 20 'ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελά-'ληκα [c],' πάλιν οὐδὲν ἧττον αὐτὸν τὸν ἐν ἰσότητί τε καὶ ὁμοιότητι τοῦ Πατρὸς Θεὸν Λόγον καὶ ἐκ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ μέτρων ἐπιγινώσκομεν. Εἰ γάρ ἐστιν ἀναγκαῖον τὸ πιστεύειν ὅτι κατὰ φύσιν Θεὸς 25 ὢν γέγονε σὰρξ [d], ἤγουν ἄνθρωπος ἐψυχωμένος ψυχῇ λογικῇ, ποῖον ἂν ἔχοι λόγον τὸ ἐπαισχύνεσθαί τινα ταῖς παρ' αὐτοῦ φωναῖς, εἰ γεγόνασιν ἀνθρωποπρεπῶς;

[a] Joan. xiv. 9. x. 30.
[b] Heb. i. 3. Coloss. i. 15.
[c] Joan. viii. 40.
[d] Joan. i. 14.

εἰ γὰρ παραιτοῖτο τοὺς ἀνθρώπῳ πρέποντας λόγους, τίς ὁ ἀναγκάσας γενέσθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον; ὁ δὲ καθεὶς ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς εἰς ἑκούσιον κένωσιν, διὰ ποίαν αἰτίαν παραιτοῖτ' ἂν τοὺς τῇ κενώσει πρέποντας λό-
5 γους; ἑνὶ τοιγαροῦν προσώπῳ τὰς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πάσας ἀναθετέον φωνὰς, ὑποστάσει μιᾷ τῇ τοῦ Λόγου σεσαρκωμένῃ [*Corr.* σεσαρκωμένου], Κύριος γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς εἷς κατὰ τὰς γραφάς [a].

Θ.

10 Εἰ δὲ δὴ καλοῖτο καὶ ἀπόστολος καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν [b], ὡς ἱερουργῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὴν πρὸς ἡμῶν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσκομιζομένην τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ μὴν καὶ εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, πάλιν αὐτὸν εἶναί φαμεν τὸν
15 ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν Υἱὸν μονογενῆ, καὶ οὐκ ἀνθρώπῳ προσνέμομεν παρ' αὐτὸν ἑτέρῳ τό τε τῆς ἱερωσύνης ὄνομα, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ χρῆμα. Γέγονε γὰρ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων [c], καὶ διαλλακτὴς εἰς εἰρήνην, ἑαυτὸν ἀναθεὶς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρί [d]·
20 τοιγάρτοι καὶ ἔφασκε, 'θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ 'ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα 'καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ εὐδόκησας· τότε εἶπον, ἰδοὺ 'ἥκω· ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ· τοῦ 'ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὁ Θεός [e].' Προσκεκόμικε γὰρ
25 ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Ποίας γὰρ ἐδεήθη προσφορᾶς ἢ θυσίας ὑπὲρ ἑαυτοῦ, κρείττων ἁπάσης ὑπάρχων ἁμαρτίας ὡς Θεός; εἰ γὰρ 'πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς

a 1 Cor. viii. 6. b Heb. iii. 1. c 1 Tim. ii. 5.
d Ephes. v. 2. e Heb. x. 5, 6, 7.

'δόξης τοῦ Θεοῦ[a],' καθὸ γεγόναμεν ἡμεῖς ἕτοιμοι πρὸς παραφορὰν, καὶ κατηῤῥώστησεν ἡ ἀνθρώπου φύσις τὴν ἁμαρτίαν, αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτω, καὶ ἡττώμεθα διὰ τοῦτο τῆς δόξης αὐτοῦ, πῶς ἂν εἴη λοιπὸν ἀμφίβολον, ὅτι τέθυται δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀμνὸς ὁ ἀλη- 5 θινός; Καὶ τό λέγειν δὲ, ὅτι προσκεκόμικεν ἑαυτὸν ὑπέρ γε ἑαυτοῦ καὶ ἡμῶν, ἀμοιρήσειεν ἂν οὐδαμῶς τῶν εἰς δυσσέβειαν ἐγκλημάτων· πεπλημμέληκε γὰρ κατ' οὐδένα τρόπον, οὔτε μὴν ἐποίησεν ἁμαρτίαν· ποίας οὖν ἐδεήθη προσφορᾶς, ἁμαρτίας οὐκ οὔσης, ἐφ' ᾗπερ 10 ἂν γένοιτο; καὶ μάλα εἰκότως.

I.

Ὅταν δὲ λέγῃ περὶ τοῦ Πνεύματος, 'ἐκεῖνος ἐμὲ 'δοξάσει[b],' νοοῦντες ὀρθῶς, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεᾶ τῆς παρ' ἑτέρου φαμὲν, τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Υἱὸν τὴν 15 παρὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος δόξαν ἑλεῖν, ὅτι μηδὲ κρεῖττον αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔνδειξιν τῆς ἑαυτοῦ Θεότητος ἐκέχρητο τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι πρὸς μεγαλουργίαν, δεδοξάσθαι παρ' αὐτοῦ φησὶν, ὥσπερ ἂν εἰ καί τις λέγοι τῶν καθ' ἡμᾶς περὶ 20 τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ τυχὸν, ἢ γοῦν ἐπιστήμης τῆς ἐφ' ὁτῳοῦν, ὅτι δοξάσουσί με. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ Πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ καὶ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ Πνεῦμά ἐστι καὶ οὐχ Υἱὸς, ἀλλ' οὖν ἐστὶν οὐκ ἀλλότριον αὐτοῦ. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμα- 25 σται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια[c]· καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός. Ἐνεργῆσαν τοιγαροῦν τὸ Πνεῦμα καὶ διὰ χειρὸς τῶν

[a] Rom. iii. 23. [b] Joan. xvi. 14. [c] Ib. xvi. 6.

ἁγίων Ἀποστόλων τὰ παράδοξα μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδόξασεν αὐτόν. Ἐπιστεύθη γὰρ, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ, πάλιν αὐτὸς ἐνεργῶν διὰ τοῦ ἰδίου Πνεύματος. Διὰ 5 τοῦτο καὶ ἔφασκεν, ‘ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ‘ἀναγγελεῖ ὑμῖν[a].’ Καὶ οὔτι που φαμὲν, ὡς ἐκ μετοχῆς τὸ Πνεῦμά ἐστι σοφόν τε καὶ δυνατόν· παντέλειον γὰρ καὶ ἀπροσδεές ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ. Ἐπειδὴ δὲ τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως καὶ σοφίας, τουτέστι τοῦ Υἱοῦ, 10 Πνεῦμά ἐστιν, αὐτὸ χρῆμά ἐστι σοφία καὶ δυνάμις.

ΙΑ.

Καὶ ἐπειδὴ Θεὸν ἑνωθέντα σαρκὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡ ἁγία Παρθένος ἐκτέτοκε σαρκικῶς, ταύτῃ τοι καὶ Θεοτόκον εἶναί φαμεν αὐτὴν, οὐχ ὡς τῆς τοῦ Λόγου 15 φύσεως τὴν τῆς ὑπάρξεως ἀρχὴν ἐχούσης ἀπὸ σαρκός· ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ, ‘καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ ‘Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν[b].’ καὶ αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητὴς, συναΐδιος τῷ Πατρὶ, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός· ἀλλ᾽, ὡς ἤδη προείπομεν, ἐπειδὴ καθ᾽ 20 ὑπόστασιν ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐκ μήτρας αὐτῆς γέννησιν ὑπέμεινε σαρκικὴν, οὐχ ὡς δεηθεὶς ἀναγκαίως, ἤτοι διὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, τῆς ἐν χρόνῳ καὶ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς γεννήσεως· ἀλλ᾽ ἵνα καὶ αὐτὴν τῆς ὑπάρξεως ἡμῶν εὐλογήσῃ τὴν ἀρ-25 χὴν, καὶ τεκούσης γυναικὸς αὐτὸν ἑνωθέντα σαρκὶ, παύσηται λοιπὸν ἡ κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἀρὰ, πέμπουσα πρὸς θάνατον τὰ ἐκ γῆς ἡμῶν σώματα· καὶ τὸ, ‘ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα[c],’ δι᾽ αὐτοῦ καταργούμενον,

[a] Joan. xvi. 14. [b] Ib. i. 1. [c] Gen. iii. 16.

ἀληθὲς ἀποφήνῃ τὸ διὰ τῆς τοῦ Προφήτου φωνῆς, ‘κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας[a],’ καὶ πάλιν, ‘ἀφεῖλεν ὁ ‘Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου[b].’ Ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας φαμὲν αὐτὸν οἰκονομικῶς καὶ αὐτὸν εὐλογῆσαι τὸν γάμον, καὶ ἀπελθεῖν [*fors.* ἀν- 5 ελθεῖν] κεκλημένον ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις. Ταῦτα φρονεῖν δεδιδάγμεθα παρὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν, καὶ πάσης δὲ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ ἐκ τῆς τῶν μακαρίων Πατέρων ἀληθοῦς ὁμολογίας· τούτοις ἅπασι 10 καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν συναινέσαι χρὴ, καὶ συνθέσθαι δίχα δόλου παντός. Ἃ δέ ἐστιν ἀναγκαῖον ἀναθεματίσαι τὴν σὴν εὐλάβειαν, ὑποτέτακται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ.

αʹ. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν 15 τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθενον, γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον· ἀνάθεμα ἔστω.

βʹ. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, σαρκὶ καθ᾽ ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, ἕνα τε εἶναι 20 Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

γʹ. Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συνάπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν ἢ δυνα- 25 στείαν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συνόδῳ τῇ καθ᾽ ἕνωσιν φυσικήν· ἀνάθεμα ἔστω.

δʹ. Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τάς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς καὶ ἀποστολικοῖς συγ-

[a] Es. xxv. 8. [b] Ibid.

γράμμασι διανέμει φωνὰς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ 5 ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

ε'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν Θεοφόρον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν, ὡς Υἱὸν ἕνα καὶ φύσει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ κεκοινώνηκε παραπλησίως ἡμῖν αἵματος 10 καὶ σαρκός· ἀνάθεμα ἔστω.

ϛ'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, Θεὸν ἢ δεσπότην εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ Λόγου κατὰ τὰς 15 γραφάς· ἀνάθεμα ἔστω.

ζ'. Εἴ τις φησὶν, ὡς ἄνθρωπον ἐνηργῆσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς εὐδοξίαν περιῆφθαι, ὡς ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντα· ἀνάθεμα ἔστω.

20 η'. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν, τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον συμπροσκυνεῖσθαι δεῖν τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ συνδοξάζεσθαι, καὶ συγχρηματίζειν Θεὸν, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, (καὶ γὰρ, Σὺν, ἀεὶ προστιθέμενον, τοῦτο νοεῖν ἀναγκάζει,) καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον μιᾷ προσκυνήσει 25 τιμᾷ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν αὐτῷ τὴν δοξολογίαν ἀναπέμπει, καθὸ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος· ἀνάθεμα ἔστω.

θ'. Εἴ τις φησὶ, τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει τῇ δι' αὐτοῦ χρώμενον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα 30 τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων,

καὶ τὸ πληροῦν εἰς ἀνθρώπους τὰς θεοσημείας, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ Πνεῦμά φησι, δι' οὗ καὶ ἐνήργηκε τὰς θεοσημείας· ἀνάθεμα ἔστω.

ι'. Ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν ἡ θεία λέγει γραφή[a], 'προσκε- 5 'κομικέναι τε ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας 'τῷ Θεῷ καὶ Πατρί[b].' Εἴ τις τοίνυν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαί φησιν οὐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ Λόγον, ὅτε γέγονε σὰρξ καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ 10 γυναικός· ἢ εἴ τις λέγει, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τὴν προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· οὐ γὰρ ἂν ἐδεήθη προσφορᾶς ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν· ἀνάθεμα ἔστω.

ια'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα 15 ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνην θείαν ἐνοίκησιν ἐσχηκότος· καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονεν ἰδία τοῦ Λόγου τοῦ τὰ 20 πάντα ζωογονεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω.

ιβ'. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν[c], καθὸ ζωή τέ ἐστι καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεός· 25 ἀνάθεμα ἔστω.

[a] Heb. iii. 1. [b] Ephes. v. 2. [c] Coloss. i. 18.

Apud Concilia, tom. III, p. 395, edit. Labbe et Cossart; tom. I, p. 1282, edit. Harduin.

S. CYRILLI ALEX.

EPISTOLAE SYNODICAE

INTERPRETATIO DIONYSIANA.

INCIPIT DIONYSII EXIGUI PRAEFATIO AD PETRUM EPISCOPUM.

Domino beatissimo Patri Petro Episcopo Dionysius Exiguus in Domino salutem.

BENEFICIORUM vestrorum memor, venerabilis Pater et Antistitum Christi decus egregium, semperque ante oculos mentis
10 adponens sancta nutrimentorum vestrorum studia a parvulo mihi depensa, quae nulla spatia locorum poterunt obliterare vel temporum, quaero vicem referre gratiae quam me scio reperire non posse. Sed quia plerumque perficitur voto quod deesse videtur officio, desiderium quod erga vestram paternitatem ju-
15 giter gero, quo possum studio pandere non desisto ; atque ideo vobis Epistolam Synodicam sancti Cyrilli Alexandrini Pontificis Nestorio quondam Constantinopolitanae urbis Episcopo destinatam, cui duodecim sunt adnexa Capitula blasphemias ejusdem Nestorii sub anathematis obsecratione damnantia, quam nuper
20 de Graeco in Latinum eloquium transtuli, per veneratorem vestrum fratrem Sanctulum destinavi. Opportunum prorsus hoc tempore existimans, quo tanti doctoris apostolica fides Graecis jam dudum bene comperta, sed ignorata Latinis hactenus, innotescat, ut Nestoriana labes evidenter agnoscatur ab homi-
25 nibus, et pro sua malignitate merito respuatur, quae sub prae-

textu fidei perfidiam insinuare non desinit, et furore Judaico pariter et errore tranquillitatem Catholicae Ecclesiae toto terrarum orbe diffusae turbare contendit. Et licet optime noverim quod praecepta salubria nequissimi homines hostiliter audeant [*fors.* adeant], suaque dependere consilia prava persistant, tamen omit- 5 tenda non est quantalibet instructio, propter eos qui non contentionis amore sed quadam simplicitate falluntur, quia saepe contigit ut adspirante Deo veritati commodent studium, qui mendacio praebuere consensum. Memorati ergo beati Cyrilli scripta praesentia eumdem Nestorium commonent, ut unigenitum Dei Filium de 10 Patre natum ante omnia saecula, ejusdemque, cujus est Pater, essentiae, qui propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, non audeat in duos dividere; nec solita calliditate conjunctionem quandam et societatem Dei et hominis adseverare nitatur: quae vocabula nulla [*fors.* nulla- 15 tenus] utriusque naturae inseparabilem unitatem, nec singularitatem personae vel certe subsistentiae Filii Dei, ab eo prolata significant, sed duo quaedam, vel plura potius, sub hac istorum nominum occasione demonstrant; sceleratamque divisionem, tam nefarii dogmatis conditor, quam ejus impiissimi sectatores, digni- 20 tate quadam et auctoritate, necnon et relatione, sicut ipsi desipiunt, connectere moliuntur. Sed jam melius ista saepe dicti Patris adsertione pandantur. Beatitudinis [*fors.* Beatitudini] vestrae catholicae pacem redintegrare propitius, nosque in membris ejus vestris precibus custodire, dignetur [*fors.* Deus dignetur]. 25

EXPLICIT.

INCIPIT

S. CYRILLI

ET

ALEXANDRINI CONCILII

EPISTOLA A DIONYSIO EXIGUO IN LATINUM SERMONEM TRANSLATA.

Domino sancto fratri Nestorio Episcopo Cyrillus Episcopus, et quae convenit apud Alexandriam Synodus ex Aegyptia Dioecesi, in Domino salutem.

10 QUUM Salvator noster aperte pronuntiet dicens, *Qui diligit patrem aut matrem super me, non est* Matt. x. *me dignus; et qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus*, quid nos patiemur qui deposcimur a tua religione ut te super Christum Salva-
15 torem omnium diligamus? Quis enim nobis in die judicii subvenire poterit, aut quam satisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum silentium de prolatis a te contra eum blasphemiis continentes? Etiam siquidem et tantummodo laederes, docens ita vel
20 sentiens, sollicitudo nobis minor existeret; quum vero totam scandalizaveris Ecclesiam, et fermentum insolitae pravitatis et novae haeresis miscueris in populis, non tantum ibidem positis, sed ubique consistentibus;——nam tuarum expositionum libri per cuncta
25 vulgati sunt, quae [*fors.* qui] super nostro silentio ultra vel excusationis sermo sufficiat, aut quomodo non necesse sit meminisse Christi Domini sic dicentis,

Matt. x. *Non putetis quod venerim pacem mittere in terram, sed gladium; veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam;* nam quum laeditur fides, parentum reverentia velut inutilis et periculosa despicitur, et amor erga filios, fratresque 5 vitatur: ad postremum super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, ut *meliorem resurrectionem;* sicut scriptum est, *consequantur;*——Ecce itaque te simul cum sancta Synodo, quae apud amplam urbem Romam congregata est, praesidente sanctis- 10 simo fratre et consacerdote nostro Caelestino Episcopo, his scriptis jam tertio convenimus, consilium dantes ut te a tam pravis abstineas distortisque dogmatibus, quae et sentire cognosceris, et docere; recipias vero fidem rectam Ecclesiis per beatissimos 15 Apostolos et Evangelistas ab initio traditam, qui et oculis inspexerunt, et ministri Verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem literis praefinitam sanctissimi et venerandissimi consacerdotis nostri Romanae Praesulis 20 Ecclesiae Caelestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut conloquium cum Dei sacerdotibus et Episcopis obtinere; non enim fas est contemnere nos Ecclesias ita turbatas, et scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam, dissipatum 25 quinetiam gregem quem custodire debueras, siquidem juxta nos amator recti dogmatis exstitisses, et sanctorum Patrum vestigia pia consectans. Omnes itaque quos, propter fidem, tua religio a communione removit aut a suo ordine deposuit, laicos et clericos, 30 in nostra communione recipimus: non justum est eos tuis decretis opprimi, qui noverunt recta sentire, qui etiam bene facientes tibi prudentissime resti-

Heb. xi. (margin, line 8)

Luc. i. (margin, line 17)

terunt; hoc idem namque in epistola quam misisti ad Praesulem amplae Romae sanctum et coepiscopum nostrum Caelestinum significare curasti. Non autem sufficit tuae religioni solummodo fidei symbolum con-
5 fiteri, quod expositum est per idem tempus, Sancti Spiritus largitate, a venerando et magno Concilio apud Nicaeam congregato; hoc enim nec intellexisti, nec recte interpretatus es, quinimmo perversae licet sono vocis eadem verba protuleris; sed consequens
10 est et jurejurando fateri te, quod anathematizes fidem tuam pollutam, et profana dogmata quae sentis; et doceas quae nos universi, sive per Orientem seu per Occidentem episcopi et magistri praesulesque populorum, credimus et docemus. Epistolis autem ab
15 Alexandria tuae religioni directis, Ecclesia consensum praebuit, tam ea quae apud urbem Romam convenit sancta Synodus, quam etiam nos omnes, velut recte irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris literis quae te sentire oportet et docere, et
20 a quibus abstinere convenit. Haec est enim fides Catholicae et Apostolicae Ecclesiae, cui cuncti consentiunt orthodoxi per Orientem Occidentemque Pontifices. 'Credimus in unum Deum Patrem omnipo-
'tentem, et caetera.' Sequentes itaque per omnia
25 sanctorum Martyrum confessiones, quas, loquente in eis Sancto Spiritu, protulerunt, et intentioni quae est in eorum intellectibus aequis vestigiis inhaerentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipsum unigenitum Dei Verbum, natum ex ipsa Patris es-
30 sentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt sive in coelis sive in terra, salutis nostrae causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare; incarnatus autem et

homo factus, id est carnem de Virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens. Nam licet factus sit in adsumptione carnis et sanguinis, tamen etiam sic quod 5 erat, Deus, natura scilicet et veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in naturam Deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei Verbi essentiam commutatam; inconvertibilis etenim est et incommutabilis, idemque ipse 10 juxta Scripturas jugiter permanens. Visus est autem et parvulus; sed positus adhuc in cunabulis et in sinibus genitricis Virginis constitutus, universam creaturam replebat, ut Deus Genitori suo indivisus existens; quod divinum est enim sine quantitate et sine 15 mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Unitum ergo carne Verbum Dei secundum substantiam confitentes, unum adoramus Filium et Dominum Jesum Christum, non seorsum ponentes et determinantes hominem et Deum velut invicem sibi dig- 20 nitatis et auctoritatis unitate conjunctos; hoc enim novitas vocis est, et aliud nihil. Nec item Christum specialiter nominantes Deum Verbum, quod ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter qui de muliere natus est; sed unum solummodo Christum 25 Dei Patris Verbum cum propria carne cognoscimus; tunc enim etiam juxta nos unctus est, quamvis Spiritum dignis ipse contulerit et non ad mensuram, sicut beatus Evangelista Joannes adseruit. Sed nec illud (Joan. iii.) dicimus, quod Dei Verbum velut in homine communi, 30 qui de sancta Virgine natus est, habitarit, ne Deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis enim Verbum habitaverit in nobis, et dictum

sit in Christo habitare omnem plenitudinem Deitatis corporaliter, attamen intelligimus eum, quod caro factus, non sicut in sanctis habitare dicatur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus; sed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem qualem et anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Unus igitur est Christus Filius Dominus noster, non velut conjunctione qualibet, ut [*fors.* conjunctionem quamlibet] in unitate dignitatis et auctoritatis hominis habentis [*fors.* homine habente] ad Deum; non enim potest unire naturas sola dignitatis aequalitas. Denique Petrus et Joannes aequalis sunt alteruter dignitatis, propter quod et Apostoli et sancti discipuli esse monstrantur; verumtamen uterque non unus est: nec juxta conlationem, vel connexionem, modum conjunctionis advertimus, hoc enim, ad unitatem non sufficit naturalem, nec secundum participationis affectum; sicut nos etiam adhaerentes Domino, unus cum eo spiritus sumus; immo potius conjunctionis nomen evitamus, tamquam non existens idoneum quod significet unitatis arcanum; sed neque Deum aut Dominum Christi Verbum Dei Patris adserimus, ne iterum manifestius in duo dividamus unum Christum Filium et Dominum, et in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi seipsum facientes et Dominum. Unitus quippe, sicut superius diximus, Deus Verbum carni secundum subsistentiam, Deus quidem est omnium et dominatur universitati. Verumtamen nec servus est sibi ipse, nec dominus, quia ineptum est, vel potius impium, hoc sentire vel dicere. Quamvis enim Deum suum patrem dixerit, cum Deus sit etiam ipse natura, et de illius essentia, tamen nul-

Joan. i. Coloss. ii. 9.

1 Cor. vi.

latenus ignoramus quod manens Deus, homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem naturae humanitatis existeret; ipse vero sibi quomodo vel Deus poterat esse vel Dominus? Ergo sicut homo quanto decenter exinanitionis mensurae congruit, sub Deo se 5 nobiscum esse disseruit; hoc etiam modo *sub Lege* Galat. iv. *factus est* quamvis ipse promulgaverit Legem, et legislator ut Deus exstiterit. Cavemus autem de Christo dicere, 'Propter adsumentem veneror adsumptum, et 'propter Invisibilem adoro Visibilem.' Horrendum 10 vero super hoc etiam illud adjicere, 'Is qui susceptus 'est cum eo qui suscepit connuncupatur Deus;' qui enim haec dicit, dividit iterum in duos Christos eum qui unus est hominem seorsum in parte, et Deum similiter in parte constituens. Evidenter enim dene- 15 gat unitatem, secundum quam non alter cum altero coadoratur, aut connuncupatur Deus, sed unus intelligitur Christus Jesus Dei Filius, unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam, quod idem ipse qui ex Deo Patre natus 20 est Filius, unigenitus Deus, licet juxta naturam suam expers passionis exstiterit, pro nobis tamen secundum Scripturas perpessus sit, et erat in crucifixo corpore propriae carnis impassibiliter ad se referens passiones; Heb. ii. gratia vero Dei, pro omnibus gustavit mortem, tradens 25 ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit et resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffa- Coloss. i. bili potentia proculcaret, ac primus in sua carne *pri-* 1 Cor. xv. *mogenitus ex mortuis* fieret et *primitiae dormientium*, viamque faceret humanae naturae ad incorrup- 30 tionis recursum, gratia Dei, sicut supra dictum est, Heb. ii. *pro omnibus gustavit mortem*, et tertio die resurgens spoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur quod

per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum Verbum quod ex Deo est, et per ipsum mortis imperium fuisse destructum; veniet autem temporibus praefinitis, sicut unus est
5 Filius et Dominus, in gloria Patris, *ut judicet orbem terrarum in aequitate*, sicut Scriptura testatur. Necessarie igitur et hoc adjicimus, adnunciantes enim secundum carnem mortem unigeniti Filii Dei, id est Jesu Christi, et resurrectionem ejus, et in caelis
10 ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem; sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, et sanctificamur, participes sancti corporis et pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum Redemptoris effecti, non ut com-
15 munem carnem percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati et Verbo conjuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed ut vere vivificatricem, et ipsius verbi propriam factam; vita enim naturaliter ut Deus existens,
20 quia propriae carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos, *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem*, non tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus; quo-
25 modo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit? sed ut vere propriam ejus factam, qui propter nos Filius hominis et factus est et vocatus. Eas autem voces quas Salvator noster in Evangelio protulit, non in duabus subsistentiis aut personis
30 omnino partimur. Non enim duplex est unus Christus et solus, quamvis ex duabus diversisque rebus ad unitatem cognoscatur individuam convenisse: sicut homo quoque ex anima constans et corpore non

Psal. xcvii.

Joan. vi.

duplex, sed potius unus est ex utroque. Humanas ergo et divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes recte sentimus. Quum enim Deo dignissime loquitur de seipso, *Qui me vidit, vidit et Patrem*, et *ego et Pater unum sumus*, divinam ejus intelligimus ineffabilemque naturam, secundum quam unum est cum Patre suo, propter unam eamdemque substantiam, *imago et character* splendorque gloriae ejus existens. Quum vero humanae naturae mensuram nullatenus inhonorans Judaeos alloquitur, *nunc me quaeritis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum*, item non minus eum, qui in similitudine et aequalitate Patris est, Deum Verbum, etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur quod natura Deus existens factus sit caro, immo potius homo animatus anima rationali, quae causa est ut in ejus quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abjicit, juxta nos hominem fieri quis coegit? Quum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret, quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit? Uni igitur personae cunctas ejus in Evangelio voces adscribimus, uni subsistentiae, Verbi scilicet et incarnati, quia unus est Dominus Jesus Christus, ut scriptum est. Appellatum vero *Apostolum et Pontificem confessionis nostrae* tamquam sacrificantem Deo et Patri fidei nostrae confessionem, et quae a nobis ipsi et per ipsum Deo et Patri incessanter offertur, iterum eum dicimus, qui ex Deo est secundum naturam Filius unigenitus; nec homini praeter eum alteri sacerdotii nomen et officium deputamus. Factus est enim *mediator Dei et hominum*, et recon-

Joan xiv. Joan. x. Heb. i. Joan. vii. 1 Cor. viii. Heb. iii. 1 Tim. iii.

5 10 15 20 25 30

ciliator ad pacem, semetipsum Deo et Patri pro nobis offerens *in odorem suavitatis*; ideoque dicebat, *Sacrificium et oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfecisti mihi,* 5 *tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Obtulit enim primum corpus non pro se, sed pro nobis *in odorem suavitatis.* Nam qua pro se oblatione vel sacrificiis indigeret, ab omni peccato liber ut Deus 10 existens? Quod si *omnes peccaverunt, et egent gloria Dei* secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum promptiores effecti, et peccatis aegrotavit humana natura, ipse vero non ita; ideoque nos gloria ejus evincimur, cur erit ultra jam dubium 15 quod agnus verus propter nos et pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem, quia semetipsum tam pro se quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet; quum nihil prorsus iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum: qua igitur ege- 20 ret oblatione nullo suo exstante facinore, pro quo si esset, satis admodum convenienter offerret? De Spiritu quoque quum dicit, *Ille me glorificavit,* hoc rectissime sentientes unum Christum et Filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur a Spiritu 25 Sancto gloriam consecutum, quia Spiritus ejus nec melior nec superior illo est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suae Deitatis virtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quemadmodum si quis de hominibus adseveret quod virtus 30 sua vel disciplina quemlibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in sua sit subsistentia Spiritus, et ejus intelligatur in persona proprietas juxta id quod Spiritus est et non Filius, attamen alienus non est; ab

Ephes. v.
Heb. x. ex Ps. xxxix.
Rom. iii.
Isai. liii.
1 Pet. ii.
Joan. i.

Joan. x. Id. xiv. illo enim *Spiritus* appellatus est *veritatis* et veritas Christus est, unde et ab isto similiter sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic ipse Spiritus etiam per sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominum glorificavit Jesum Christum, post- 5 quam ascendit in caelum. Nam creditus est Christus natura Deus existens, per suum Spiritum virtutes efficiens, ideoque dicebat, *de meo accipiet et adnun-* Joan. xvi. *tiabit vobis.* Nequaquam vero participatione alterius idem Spiritus sapiens et potens dicitur, quia per 10 omnia perfectus est, et nullo prorsus indigens bono. Nam paternae virtutis et sapientiae, id est Filii, Spiritus creditur, et ideo ipsa re et subsistentia virtus et sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni unitum juxta subsistentiam sancta Virgo corpora- 15 liter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse profitemur, non quod Verbi natura existendi principium Joan. i. de carne sortita sit; *erat enim in principio Verbum, et Deus erat Verbum, et Verbum erat apud Deum*, et ipse est conditor saeculorum, Patri coaeternus, et uni- 20 versitatis creator. Sed quod superius diximus juxta subsistentiam sibimet uniens humanam naturam, nativitatem sustinuerit [*fors.* sustinuit] ex ipsa vulva corporea, non quod eguerit necessario aut propter suam naturam nativitate ista, quae est in extremis 25 saeculi facta temporibus, sed ut ipsas benediceret substantiae nostrae primitias; et dum eum carni unitum mulier edidisset, illa quae adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, desineret, nec jam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod 30 Gen. iii. dictum est, *in tristitia paries filios*, ipse dissolvens, verum esse monstraret quod Prophetae voce praedixerat, Esai. xxv. 8. *Absorpta est mors in victoria*, et iterum, *Abstulit Deus*

omnem lacrymam ab omni facie; propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatorie et ipsis benedixisse tunc nuptiis, quum in Cana Galileae cum sanctis vocatus Apostolis adesse dignatus est. Haec sapere
5 sumus edocti a sanctis Apostolis et Evangelistis et ab omni Scriptura divinitus inspirata, nec non et a beatis Patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare, et praeter aliquem dolum vel fictionem consentire convenit;
10 quae vero religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolae nostrae subjecta sunt: [quod si minime eisdem subjectis sententiam consequeris.]

I. Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, et propter hoc ipsum Dei genitricem
15 sanctam Virginem, peperit enim carnaliter Verbum, quod ex Deo est, secundum quod scriptum est, *et Verbum caro factum est:* anathema sit.

II. Si quis non confitetur carne substantialiter unum esse Verbum Dei Patris, unum quoque esse
20 Christum cum propria carne, et eumdem ipsum sine dubio Deum simul et hominem: anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitionem, sola eas societate conjungens ea quae secundum dignitatem est, vel etiam auctoritatem, aut
25 potestatem, et non magis conventu ad unitatem naturalem: anathema sit.

IV. Si quis duabus personis vel subsistentiis decernat eas voces quae tam in evangelicis quam apostolicis literis continentur, vel etiam eas quae de
30 Christo a sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de se ipso; et aliquas quidem ex his tamquam homini praeter Dei Verbum specialiter intelligat [*fors.* intellecto] applicandas crediderit, aliquas vero tanquam

Deo dignas soli Verbo Dei Patris deputaverit: anathema sit.

V. Si quis audet dicere Christum hominem ἄνθρωπον Θεοφόρον, id est, hominem Deo utentem, se asportantem, [*fors.* seu portantem] et non potius 5 Deum esse veraciter dixerit, tamquam unicum Filium per naturam, secundum quod Verbum, caro

Heb. ii. factum, participaverit nobis similiter carne et sanguine: anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum vel Dominum esse Christi 10 Dei Patris Verbum, et non magis eumdem ipsum confitetur Deum et hominem simul, propterea quod

Joan. i. *Verbum caro factum est*, secundum Scripturas: anathema sit.

VII. Si quis dicit tamquam in hominem Jesum 15 Deum Verbum fuisse operatum, et unigeniti dignitatem, tamquam alteri praeter ipsum existenti, tribuit: anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorari cum Deo Verbo oportere, et connuncupari 20 Deum, tamquam alterum cum altero, adjectio enim unius syllabae hoc cogit intelligi, et non magis una reverentia veneratur Emmanuel, unamque ei glori-

Joan. i. ficationem dependit, juxta quod *Verbum caro factum est*: anathema sit. 25

IX. Si quis unum Dominum Jesum Christum glorificatum dicit a Spiritu Sancto, tamquam ab [*fors.* qui] aliena virtute qua per eum uteretur, et ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, et per eum implesse divina signa; et non magis ejus 30 proprium esse Spiritum dicat, sicut et Patris, per quem signa operatus est: anathema sit.

Heb. iii. 1. X. *Pontificem et Apostolum confessionis nostrae*

factum esse Christum divina Scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis Deo Patri *in odorem suavitatis:* si quis ergo Pontificem et Apostolum nostrum alium dixerit esse factum, praeter 5 quam ipsum Deum [*fors.* hoc delend.] Dei Verbum, quando factum est caro, et secundum nos homo, sed quasi alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere ; et si quis dicit, quia pro se obtulit seipsum oblationem, et non magis pro nobis solis, non enim 10 indiguit oblatione qui peccatum nescivit : anathema sit.

Ephes. v.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse tamquam propriam ipsius Dei Verbi, sed quasi alterius cujuspiam praeter ipsum, conjuncti 15 quidem secundum dignitatem, aut secundum quod solam divinam inhabitationem habuerit ; et non potius ut dixerimus vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi Dei, cui omnia vivificare possibile est : anathema sit.

20 XII. Si quis non confitetur Deum Verbum carne passum esse, et carne crucifixum, et mortem carne gustasse, factumque *primogenitum ex mortuis*, secundum quod est et vita et vivificator ut Deus : anathema sit.

Coloss. i.

Explicit Epistola.

Haec Interpretatio Dionysiana olim desumpta est e Christophori Justelli Codice, quem postea filius ejus Bibliothecae Bodleianae donavit. Nunc emendata hic posita est.

CANONES
CONCILII CHALCEDONENSIS
ANNO CHRISTI CCCCLI CELEBRATI.

CANONES

CHALCEDONENSIS CONCILII GENERALIS.

Κανόνες τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων.

Canones sexcentorum triginta sanctorum et beatorum Patrum, qui in Chalcedone convenerunt.

Tituli Canonum ex Collectione Dionysii Exigui.

I. DE Canonibus uniuscujusque Concilii.

II. Quod non oporteat Episcopos, aut quemlibet ex clero, per pecunias ordinari.

III. Quod non oporteat Episcopos, clericos, et monachos praedia aliena conducere.

IV. De honore monachis competente, et ut nullus eorum tentet ecclesiastica aut saecularia inquietare negotia, nec alienum servum praeter conscientiam domini ejus suscipere.

V. Non transmigrandum de civitate in civitatem.

VI. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinari.

VII. De clericis et monachis non manentibus in suo proposito.

VIII. De clericis qui sunt in ptochiis, monasteriis, atque martyriis, quae sub potestate Episcoporum uniuscujusque civitatis existunt.

IX. Quod non oporteat clericos habentes adversus se invicem negotia, proprium Episcopum relinquere, et ad saecularia judicia convolare.

X. Quod non licet clerico in duarum civitatum Ecclesiis ministrare.

XI. Quod non oporteat egenis epistolas tribui, honestiores autem commendatitiis litteris approbari.

XII. Ut nequaquam in duos Metropolitanos provincia dividatur.

XIII. Quod non oporteat peregrinos clericos sine commendatitiis litteris ministrare.

XIV. Quod non liceat clerico uxorem sectae alterius accipere.

XV. De Diaconissis mulieribus.

XVI. De Virginibus.

XVII. De Parochiis.

XVIII. De conjuratione vel conspiratione.

XIX. Quod oporteat per Provincias bis in anno Concilia celebrari.

XX. Quod minime clericos transmigrare conveniat.

XXI. De Episcoporum aut clericorum accusatoribus.

XXII. Quod non liceat clericis post mortem sui Episcopi res ad Deum pertinentes diripere.

XXIII. De clericis et monachis, qui praeter voluntatem sui Episcopi ad regiam Constantinopolin veniunt.

XXIV. Quod non liceat monasteria, quae consecrata sunt, diversoria saecularia fieri.

XXV. Quod non oporteat ordinationes Episcoporum diu differre.

XXVI. De dispensatoribus singularum Ecclesiarum.

XXVII. De his qui rapiunt puellas.

[Huc usque Dionysii Tituli. Reliquos sumpsi Latine conversos ex Alexii Aristeni Synopsi Canonum in Voelli et Hen. Justelli Bibliotheca Veteris Juris Canonici, tom. II, p. 693. Haec vero Synopsis Canones recenset triginta unum, Canone XXVIII bifariam diviso.]

XXVIII. Novae Romae Episcopus eodem cum veteris Romae Episcopo honore fruatur propter Imperii translationem. 2. Ponti, Asiae, Thraciaeque Episcopi, ac barbari, a Constantinopolitano ordinentur.

XXIX. Qui Episcopum ad Presbyteri gradum dimittit, sacrilegus; ipse enim culpae obnoxius, et sacerdotio indignus. Qui vero insons dejectus est, sit Episcopus

XXX. Mos est Aegyptiis, nisi Archiepiscopus permiserit, non scribere. Quo fit ut minime culpandi sint, quum sancti Leonis epistolae non subscripserint, donec Archiepiscopus creatus fuerit.

5

ΚΑΝΩΝ Α.

ΤΟΥΣ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην Σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας Κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν.

ΚΑΝΩΝ Β.

10 Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγῃ τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσῃ ἐπὶ χρήμασιν Ἐπίσκοπον, ἢ Χωρεπίσκοπον, ἢ Πρεσβύτερον, ἢ Διάκονον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κατηριθμημένων, ἢ προβάλ-15 λοιτο ἐπὶ χρήμασιν ἢ Οἰκονόμον, ἢ Ἔκδικον, ἢ Προσμονάριον, ἢ ὅλως τινὰ τοῦ Κανόνος, δι' αἰσχροκερδίαν οἰκείαν, ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς, περὶ τὸν οἰκεῖον κινδυνευέτω βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος, μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ

Ex Vet. Interpretatione Dionysii Exigui, quae cum Canone XXVII^mo *finitur.*

CANON I.

Regulas sanctorum Patrum, per singula nunc usque Concilia constitutas, proprium robur obtinere decrevimus.

CANON II.

Siquis Episcopus per pecuniam fecerit ordinationem, et sub pretio redegerit gratiam quae non potest vendi, ordinaveritque per pecunias Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem, aut defensorem, vel quemquam, qui subjectus est regulae, pro suo terpissimo lucri commodo, is, qui hoc attentasse probatus fuerit, proprii gradus periculo subjacebit. Et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quae est per

προβολῆς, ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος, οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανείη τοῖς οὕτω αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασι, καὶ οὗτος, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, 5 ἀναθεματιζέσθω.

ΚΑΝΩΝ Γ.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν Σύνοδον, ὅτι τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένων τινὲς, διὰ αἰσχροκερδίαν, ἀλλοτρίων κτημάτων γίνονται μισθωταὶ, καὶ πράγματα 10 κοσμικὰ ἐργολαβοῦσι, τῆς μὲν τοῦ Θεοῦ λειτουργίας καταῤῥᾳθυμοῦντες, τοὺς δὲ τῶν κοσμικῶν ὑποτρέχοντες οἴκους, καὶ οὐσιῶν χειρισμοὺς ἀναδεχόμενοι διὰ φιλαργυρίαν. Ὥρισε τοίνυν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη Σύνοδος, μηδένα τοῦ λοιποῦ, μὴ Ἐπίσκοπον, μὴ κληρικὸν, 15 μὴ μονάζοντα, ἢ μισθοῦσθαι κτήματα, ἢ πραγμάτων ἐπεισάγειν ἑαυτὸν κοσμικαῖς διοικήσεσι, πλὴν εἰ μή που ἐκ νόμων καλοῖτο εἰς ἀφηλίκων ἀπαραίτητον ἐπιτροπὴν, ἢ ὁ τῆς πόλεως Ἐπίσκοπος ἐκκλησιασ-

negociationem facta, proficiat; sed sit alienus a dignitate, vel sollicitudine, quam pecuniis quaesivit. Siquis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis exstiterit, et ipse, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus aut monachus, anathematizetur.

CANON III.

Pervenit ad sanctam Synodum, quod quidam qui in clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, et saecularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, saecularium vero discurrentes domos, et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudines sumentes: decrevit itaque sanctum hoc magnumque Concilium, nullum deinceps, non Episcopum, non clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis saecularibus se immiscere, praeter pupillorum, si forte leges imponant, inexcusabilem curam, aut civitatis Episcopus eccle-

τικῶν ἐπιτρέψοι φροντίζειν πραγμάτων, ἢ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἀπρονοήτων, καὶ τῶν προσώπων τῶν μάλιστα τῆς ἐκκλησιαστικῆς δεομένων βοηθείας, διὰ τὸν φόβον τοῦ Κυρίου. Εἰ δέ τις παραβαίνειν τὰ 5 ὡρισμένα τοῦ λοιποῦ ἐπιχειρήσοι, ὁ τοιοῦτος ἐκκλησιαστικοῖς ὑποκείσθω ἐπιτιμίοις.

ΚΑΝΩΝ Δ.

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μονήρη μετιόντες βίον, τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. Ἐπειδὴ 10 δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι, τάς τε Ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαταράττουσι πράγματα, περιιόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾷν ἐπιτηδεύοντες, ἔδοξε μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν, μηδὲ 15 συνιστᾷν μοναστήριον, ἢ εὐκτήριον οἶκον, παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως Ἐπισκόπου. Τοὺς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας, ὑποτετάχθαι τῷ Ἐπισκόπῳ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ προσέχειν μόνῃ τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, ἐν οἷς τό-

siasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat, aut orphanorum et viduarum, earum quae sine ulla provisione sunt, ac personarum, quae maxime ecclesiastico indigent adjutorio, propter timorem Domini causa deposcat. Siquis autem transgredi de cetero haec statuta tentaverit, qui et hujusmodi ecclesiasticis increpationibus subjacebit.

CANON IV.

Qui vere et sincere singularem sectantur vitam, competenter honorentur. Quoniam vero quidam, utentes habitu monachi, ecclesiastica negotia civiliaque conturbant, circumeuntes indifferenter urbes, necnon et monasteria sibi instituere tentantes; placuit nullum quidem usquam aedificare aut constituere monasterium vel oratorii domum, praeter conscientiam civitatis Episcopi. Monachos vero per unamquamque civitatem aut regionem, subjectos esse Episcopo, et quietem diligere, et intentos esse tantummodo jejunio et orationi, in locis, quibus renuncia-

ποις ἀπετάξαντο προσκαρτεροῦντας· μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν, ἢ ἐπικοινωνεῖν, καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια· εἰ μή ποτε ἄρα ἐπιτραπεῖεν διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως Ἐπισκόπου· μηδένα δὲ προσδέχεσθαι 5 ἐν τοῖς μοναστηρίοις δοῦλον ἐπὶ τὸ μονάσαι παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου. Τὸν δὲ παραβαίνοντα τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον, ὡρίσαμεν ἀκοινώνητον εἶναι, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται. Τὸν μέν τοι Ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, χρὴ τὴν δέουσαν πρόνοιαν 10 ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων.

ΚΑΝΩΝ Ε.

Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, ἔδοξε τοὺς περὶ τούτων τεθέντας Κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἔχειν τὴν 15 ἰδίαν ἰσχ ύ

ΚΑΝΩΝ ϛʹ.

Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε Πρεσβύτερον, μήτε Διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν τῷ

verunt saeculo, permanentes. Nec ecclesiasticis vero, nec saecularibus negotiis communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes, nisi forte his praecipiatur propter opus necessarium ab Episcopo civitatis. Nullum vero recipere in monasteriis servum, monachi obtentu, praeter sui domini conscientiam. Transgredientem vero hanc definitionem nostram excommunicatum esse decernimus, *ne nomen Dei blasphemetur*. Veruntamen Episcopum convenit civitatis competentem monasteriorum providentiam gerere.

CANON V.

De his qui transmigrant de civitate in civitatem, Episcopis aut clericis, placuit ut Canones, qui de hac re a sanctis Patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

CANON VI.

Nullum absolute ordinari debere Presbyterum, aut Diaco-

ἐκκλησιαστικῷ τάγματι· εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν Ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ, ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο. Τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους, ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος ἄκυρον ἔχειν 5 τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, καὶ μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν ἐφ᾽ ὕβρει τοῦ χειροτονήσαντος.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

Τοὺς ἅπαξ ἐν κλήρῳ κατειλεγμένους ἢ καὶ μονάσαντας ὡρίσαμεν, μήτε ἐπὶ στρατείαν, μήτε ἐπὶ ἀξίαν 10 κοσμικὴν ἔρχεσθαι· ἢ τοῦτο τολμῶντας, καὶ μὴ μεταμελουμένους ὥστε ἐπιστρέψαι ἐπὶ τοῦτο ὃ διὰ Θεὸν πρότερον εἵλοντο, ἀναθεματίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ Η.

Οἱ κληρικοὶ τῶν πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ 15 μαρτυρίων, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει Ἐπισκόπων, κατὰ τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων παράδοσιν, διαμενέτωσαν, καὶ μὴ κατὰ αὐθάδειαν ἀφηνιάτωσαν τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου. Οἱ δὲ τολμῶντες ἀνατρέπειν

num, nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter Ecclesiae civitatis aut possessionis, aut in martyrio, aut monasterio, qui ordinandus est, pronuncietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sancta Synodus irritam haberi hujuscemodi manus impositionem, et nusquam posse ministrare ad ordinantis injuriam.

CANON VII.

Qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiverunt, statuimus nec ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam; aut hoc tentantes, et non agentes poenitentiam, quo minus redeant ad hoc quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.

CANON VIII.

Clerici qui praeficiuntur ptochodochiis, vel qui ordinantur in monasteriis et basilicis Martyrum, sub Episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum sanctorum Patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant. Qui vero audent evertere hujuscemodi

τὴν τοιαύτην διατύπωσιν καθ' οἱονδήποτε τρόπον, καὶ μὴ ὑποταττόμενοι τῷ ἰδίῳ Ἐπισκόπῳ, εἰ μὲν εἶεν κληρικοὶ, τοῖς τῶν Κανόνων ὑποκείσθωσαν ἐπιτιμίοις, εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι.

ΚΑΝΩΝ Θ. 5

Εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχοι, μὴ ἐγκαταλιμπανέτω τὸν οἰκεῖον Ἐπίσκοπον, καὶ ἐπὶ κοσμικὰ δικαστήρια κατατρεχέτω· ἀλλὰ πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω παρὰ τῷ ἰδίῳ Ἐπισκόπῳ, ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ Ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφό- 10 *τερα μέρη βούλωνται τὰ τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσει, κανονικοῖς ὑποκείσθω ἐπιτιμίοις. Εἰ δὲ καὶ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸν ἴδιον Ἐπίσκοπον ἢ πρὸς ἕτερον, παρὰ τῇ Συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω· εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρ-* 15 *χίας Μητροπολίτην Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν Ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω.*

formam quocunque modo, nec proprio subjiciuntur Episcopo, siquidem clerici sunt, Canonum correptionibus subjacebunt, si vero laici vel monachi fuerint, communione priventur.

CANON IX.

Siquis clericus adversus clericum habet negotium, non deserat Episcopum proprium, et ad saecularia percurrat judicia; sed prius actio ventiletur apud Episcopum proprium, vel certe consilio ejusdem Episcopi, apud quos utraeque partes voluerint judicium continebunt [*fors.* contineri]. Siquis autem praeter haec fecerit, canonicis correptionibus subjacebit. Quod si clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Synodum provinciae judicetur. Quod si adversus ejusdem provinciae Metropolitanum Episcopus vel clericus habet querelam, petat Primatem dioeceseos, aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae, et apud ipsam judicetur.

ΚΑΝΩΝ Ι.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικὸν ἐν δύο πόλεων κατὰ τὸ αὐτὸ καταλέγεσθαι Ἐκκλησίαις, ἐν ᾗ τε τὴν ἀρχὴν ἐχειροτονήθη, καὶ ἐν ᾗ προσέφυγεν, ὡς μείζονι δῆθεν, διὰ
5 δόξης κενῆς ἐπιθυμίαν· τοὺς δέ γε τοῦτο ποιοῦντας, ἀποκαθίστασθαι τῇ ἰδίᾳ Ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ἐξαρχῆς ἐχειροτονήθησαν, καὶ ἐκεῖ μόνον λειτουργεῖν. Εἰ μέν τοι ἤδη τις μετετέθη ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην Ἐκκλησίαν, μηδὲν τοῖς τῆς προτέρας Ἐκκλησίας, ἤτοι τῶν ὑπ' αὐτὴν
10 μαρτυρίων ἢ πτωχείων ἢ ξενοδοχείων ἐπικοινωνεῖν πράγμασιν· τοὺς δέ γε τολμῶντας μετὰ τὸν ὅρον τῆς μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ταύτης Συνόδου πράττειν τι τῶν νῦν ἀπηγορευμένων, ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, ἐκπίπτειν τοῦ οἰκείου βαθμοῦ.

15

ΚΑΝΩΝ ΙΑ.

Πάντας τοὺς πένητας καὶ δεομένους ἐπικουρίας, μετὰ δοκιμασίας, ἐπιστολίοις, εἴτουν εἰρηνικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς μόνοις ὡρίσαμεν ὁδεύειν, καὶ μὴ συστατι-

CANON X.

Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul Ecclesiis, et in qua ab initio ordinatus est, et ad quam confugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriae cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad suam Ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare. Si vero jam quis translatus est est ex alia in aliam Ecclesiam, prioris Ecclesiae, vel martyriorum quae sub ea sunt, aut ptochodochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos vero, qui ausi fuerint post definitionem magnae et universalis hujus Synodi quicquam ex his, quae sunt prohibita, perpetrare, decrevit sancta Synodus, a proprio hujusmodi gradu recedere.

CANON XI.

Omnes pauperes et indigentes auxilio, quum proficiscuntur sub probatione, epistolis vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendare [*fors.* com-

κοῖς, διὰ τὸ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς προσήκειν τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχεσθαι προσώποις.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ.

Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὥς τινες παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον, ὡς ἐκ τούτου δύο Μητροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία Σύνοδος, τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο τολμᾶσθαι παρὰ Ἐπισκόπων, ἐπεὶ τὸν τούτῳ ἐπιχειροῦντα ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ· ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς Μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν Ἐπίσκοπος, δηλονότι σωζομένων τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ.

Ξένους κληρικοὺς καὶ ἀναγνώστας ἐν ἑτέρᾳ πόλει

meare] decrevimus, et non commendatitiis literis, propterea quod commendatitias literas honoratioribus tantummodo personis praestari conveniat.

CANON XII.

Pervenit ad nos, quod quidam praeter ecclesiastica statuta facientes convolarunt ad potestates, et per pragmaticam formam in duo unam provinciam diviserunt, ita ut ex hoc facto duo Metropolitani esse videantur in una provincia: statuit ergo sancta Synodus de reliquo nihil ab Episcopis tale tentari; alioquin, qui hoc adnisus fuerit, amissioni gradus proprii subjacebit. Quaecunque vero civitates literis imperialibus Metropolitani nominis honore subnixae sunt, honore tantummodo perfruantur, et qui Ecclesiam ejus gubernat Episcopus, salvis scilicet verae metropoli privilegiis suis.

CANON XIII.

Peregrinos clericos et lectores in alia civitate praeter commendatitias literas sui Epi-

δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου μηδ' ὅλως μηδαμοῦ λειτουργεῖν.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγκεχώρηται τοῖς ἀνα-
5 γνώσταις καὶ ψάλταις γαμεῖν, ὥρισεν ἡ ἁγία Συνοδος μὴ ἐξεῖναί τινι αὐτῶν ἑτερόδοξον γυναῖκα λαμβάνειν. Τοὺς δὲ ἤδη ἐκ τοιούτου γάμου παιδοποιήσαντας, εἰ μὲν ἔφθασαν βαπτίσαι τὰ ἐξ αὐτῶν τεχθέντα παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, προσάγειν αὐτὰ τῇ κοι-
10 νωνίᾳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· μὴ βαπτισθέντα δὲ, μὴ δύνασθαι ἔτι βαπτίζειν αὐτὰ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, μήτε μὴν συνάπτειν πρὸς γάμον αἱρετικῷ, ἢ Ἰουδαίῳ, ἢ Ἕλληνι, εἰ μὴ ἄρα ἐπαγγέλλοιτο μετατίθεσθαι εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τὸ συναπτόμενον
15 πρόσωπον τῷ ὀρθοδόξῳ. Εἰ δέ τις τοῦτον τὸν ὅρον παραβαίη τῆς ἁγίας Συνόδου, κανονικῷ ὑποκείσθω ἐπιτιμίῳ.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ.

Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσ-

scopi nusquam penitus ministrare debere.

CANON XIV.

Quoniam in quibusdam provinciis concessum est lectoribus et psaltis uxores ducere, statuit sancta Synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectae alterius uxorem. Qui vero ex hujusmodi conjugio jam filios susceperunt, siquidem praeventi sunt, ut ex se geniti apud haereticos baptizarentur, offerre eos Ecclesiae catholicae communioni conveniet; non baptizatos autem non posse eos ulterius apud haereticos baptizare, sed neque copulari debet nuptura haeretico, Judaeo vel pagano, nisi forte persona orthodoxae copulanda promittat se ad orthodoxam fidem transferre. Si quis autem hanc definitionem sanctae Synodi transgressus fuerit, correctioni canonicae subjacebit.

CANON XV.

Diaconissam non ordinan-

σαράκοντα, καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας· εἰ δέ γε δεξαμένη τὴν χειροθεσίαν, καὶ χρόνον τινὰ παραμείνασα τῇ λειτουργίᾳ, ἑαυτὴν ἐπιδῷ γάμῳ, ὑβρίσασα τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἡ τοιαύτη ἀναθεματιζέσθω μετὰ τοῦ αὐτῇ συναφθέντος. 5

ΚΑΝΩΝ Ιϛ.

Παρθένον ἑαυτὴν ἀναθεῖσαν τῷ δεσπότῃ Θεῷ, ὡσαύτως δὲ καὶ μονάζοντας, μὴ ἐξεῖναι γάμῳ προσομιλεῖν· εἰ δέ γε εὑρεθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι. Ὡρίσαμεν δὲ ἔχειν τὴν αὐθεντίαν τῆς 10 ἐπ' αὐτοῖς φιλανθρωπίας τὸν κατὰ τόπον Ἐπίσκοπον.

ΚΑΝΩΝ ΙΖ.

Τὰς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ἀγροικικὰς παροικίας ἢ ἐγχωρίους, μένειν ἀπαρασαλεύτους παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς Ἐπισκόποις, καὶ μάλιστα εἰ τρια- 15 κονταετῆ χρόνον ταύτας ἀβιάστως διακατέχοντες ᾠκονόμησαν· εἰ δὲ ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν γεγένηταί

dam ante annum quadragesimum, et hanc cum summo libramine ; si vero suscipiens manus impositionem, et aliquantum temporis in ministerio permanens, semetipsam tradat nuptiis, gratiae Dei contumeliam faciens, anathematizetur hujusmodi cum eo qui eidem copulatur.

CANON XVI.

Virginem, quae se Domino Deo consecravit, similiter et monachum, non licere nuptialia jura contrahere ; quod si hoc inventi fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decrevimus, ut habeat auctoritatem ejusdem loci Episcopus misericordiam eis humanitatemque largiri.

CANON XVII.

Singularum Ecclesiarum rusticas parochias, vel possessiones, manere inconcussas illis Episcopis qui eas retinere noscuntur ; et maxime, si per tricennium eas absque vi obtinentes sub dispensatione rexerunt : quod si intra tricennium facta fuerit de his vel

τις, ἢ γένοιτο περὶ αὐτῶν ἀμφισβήτησις, ἐξεῖναι τοῖς λέγουσιν ἠδικῆσθαι περὶ τούτων, κινεῖν παρὰ τῇ Συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας. Εἰ δέ τις παρὰ τοῦ ἰδίου ἀδικοῖτο Μητροπολίτου, παρὰ τῷ Ἐπάρχῳ τῆς διοική-
5 σεως, ἢ τῷ Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ δικαζέσθω, καθὰ προείρηται. Εἰ δέ τις ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐκαινίσθη πόλις ἢ αὖθις καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παροικιῶν ἡ τάξις ἀκολουθείτω.

10 ## ΚΑΝΩΝ ΙΗ.

Τὸ τῆς συνωμοσίας ἢ φρατρίας ἔγκλημα, καὶ παρὰ τῶν ἔξω νόμων πάντη κεκώλυται, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τοῦτο γίνεσθαι ἀπαγορεύειν προσήκει. Εἴ τινες τοίνυν ἢ κληρικοὶ ἢ
15 μονάζοντες εὑρεθεῖεν ἢ συνομνύμενοι ἢ φρατριάζοντες, ἢ κατασκευὰς τυρεύοντες Ἐπισκόποις ἢ συγκληρικοῖς, ἐκπιπτέτωσαν πάντη τοῦ οἰκείου βαθμοῦ.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ.

Ἦλθεν εἰς τὰς ἡμετέρας ἀκοὰς, ὡς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις

fiat altercatio, licere eis qui se laesos adserunt, apud sanctam Synodum provinciae de his movere certamen. Quod siquis a Metropolitano laeditur, apud Primatem dioeceseos, aut apud Constantinopolitanam sedem judicetur, sicut superius dictum est. Siqua vero civitas potestate imperiali novata est, aut si protinus innovetur, civiles dispositiones et publicos ecclesiasticarum quoque parochiarum ordines subsequantur.

CANON XVIII.

Conjurationis vel conspirationis crimen et ab exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis hoc in Dei Ecclesia ne fiat, admonere conveniet. Siqui ergo clerici, vel monachi reperti fuerint conjurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis aut conclericis, gradu proprio penitus abjiciantur.

CANON XIX.

Pervenit ad aures nostras,

αἱ κεκανονισμένοι Σύνοδοι τῶν Ἐπισκόπων οὐ γίνονται, καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμελεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων· ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία Σύνοδος κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων Κανόνας, δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συντρέχειν 5 καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τοὺς Ἐπισκόπους, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως Ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα· τοὺς δὲ μὴ συνιόντας Ἐπισκόπους ἐνδημοῦντας ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι, καὶ ταῦτα ἐν ὑγιείᾳ διάγοντας, καὶ πάσης ἀπαραιτήτου καὶ 10 ἀναγκαίας ἀσχολίας ὄντας ἐλευθέρους, ἀδελφικῶς ἐπιπλήττεσθαι.

ΚΑΝΩΝ Κ.

Κληρικοὺς εἰς Ἐκκλησίαν τελοῦντας, καθὼς ἤδη ὡρίσαμεν, μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι 15 ἐκκλησίαν· ἀλλὰ στέργειν ἐκείνην ἐν ᾗ ἐξ ἀρχῆς λειτουργεῖν ἠξιώθησαν· ἐκτὸς ἐκείνων, οἵτινες ἀπολέσαντες τὰς ἰδίας πατρίδας ἀπὸ ἀνάγκης εἰς ἄλλην Ἐκκλησίαν μετῆλθον. Εἰ δέ τις Ἐπίσκοπος μετὰ τὸν

quod in provinciis statuta Episcoporum Concilia minime celebrentur, et ex hoc plurima negligantur ecclesiasticarum causarum, quae correctione indigent: decrevit itaque sancta Synodus secundum Canones Patrum, bis in anno Episcopos in id ipsum in unaquaque provincia convenire, quo Metropolitanus Antistes probaverit, et corrigere singula, siqua fortassis emerserint. Quicunque vero non advenerint Episcopi, resident autem in suis civitatibus, et hoc, dum in sua incolumitate consistunt, omnique inexcusabili, et necessaria occupatione probantur liberi, fraterno corripiantur affectu.

CANON XX.

Clericos in Ecclesia ministrantes, sicut jam constituimus, in alterius civitatis Ecclesia statutos fieri non oportet, sed contentos esse in quibus ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui, proprias amittentes provincias, ex necessitate ad aliam Ecclesiam transierunt. Siquis autem Episcopus

ὅρον τοῦτον, ἄλλῳ Ἐπισκόπῳ προσήκοντα δέξηται κληρικὸν, ἔδοξεν ἀκοινώνητον εἶναι καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον, ἕως ἂν ὁ μεταστὰς κληρικὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανέλθῃ Ἐκκλησίαν.

5 ΚΑΝΩΝ ΚΑ.

Κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς κατηγοροῦντας Ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθῇ αὐτῶν ἡ ὑπόληψις.

10 ΚΑΝΩΝ ΚΒ.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου διαρπάζειν τὰ διαφέροντα αὐτῷ πράγματα, καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται· τοὺς δὲ τοῦτο ποιοῦντας κινδυνεύειν εἰς τοὺς ἰδίους βαθμούς.

15 ΚΑΝΩΝ ΚΓ.

Ἦλθεν εἰς τὰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας Συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γε-

post hanc definitionem susceperit clericum ad alium Episcopum pertinentem: placuit et susceptum et suscipientem communione privari, donec is, qui migraverat, clericus ad propriam fuerit regressus Ecclesiam.

CANON XXI.

Clericos, aut laicos, accusantes Episcopos, aut clericos, passim et sine probatione ad accusationem recipi non debere, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio.

CANON XXII.

Non licere clericis post obitum sui Episcopi res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoque est canonibus constitutum. Quod si hoc facere tentaverint, graduum suorum periculo subjacebunt.

CANON XXIII.

Venit ad aures sancti Concilii, quod quidam clerici et monachi, quibus nil ab Episcopo suo commissum est, est autem quando et communione ab

νόμενοι παρ' αὐτοῦ, καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία Σύνοδος, τοὺς τοιούτους 5 ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως· εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, 10 καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ.

Τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια κατὰ γνώμην Ἐπισκόπου, μένειν εἰς τὸ διηνεκὲς μοναστήρια, καὶ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς πράγματα φυλάττεσθαι τῷ μονα- 15 στηρίῳ, καὶ μηκέτι δύνασθαι γίνεσθαι ταῦτα κοσμικὰ καταγώγια· τοὺς δὲ συγχωροῦντας τοῦτο γίνεσθαι, ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ.

Ἐπειδήπερ τινὲς τῶν Μητροπολιτῶν, ὡς περιηχή- 20

eo privati, pervenientes ad urbem regiam Constantinopolitanam, in ea diutius immorentur, excitantes turbas, et statum ecclesiasticum commoventes, subvertentes etiam quorundam domos. Decrevit itaque sancta Synodus, hujusmodi primo quidem a defensore Constantinopolitanae sanctae Ecclesiae commoneri, ut egrediantur ab urbe regia; quod si iisdem negotiis impudenter insistant, etiam nolentes idem defensor expellat, ut ad propria loca perveniant.

CANON XXIV.

Quae semel dedicata sunt monasteria consilio Episcoporum, maneant perpetuo monasteria, et res, quae ad ea pertinent, monasteriis reservari, nec posse ea ultra fieri secularia habitacula; qui vero hoc fieri permiserint, canonum sententiis subjacebunt.

CANON XXV.

Quoniam quidam Metropoli-

θημεν, ἀμελοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων, καὶ ἀναβάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν Ἐπισκόπων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν Ἐπισκόπων, εἰ μή ποτε ἄρα
5 ἀπαραίτητος ἀνάγκη παρασκευάσῃ ἐπιταθῆναι τὸν τῆς ἀναβολῆς χρόνον· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ· τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς χηρευούσης Ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας φυλάττεσθαι.

10 ## ΚΑΝΩΝ Κϛ.

Ἐπειδήπερ ἔν τισιν Ἐκκλησίαις, ὡς περιηχήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ Ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα, ἔδοξε πᾶσαν Ἐκκλησίαν Ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰ-
15 κονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου τὰ τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας σκορπίζεσθαι πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερω-

tanorum, quantum comperimus, negligunt commissos sibi greges, et ordinationes Episcoporum facere differunt, placuit sanctae Synodo intra tres menses ordinationes Episcoporum celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis praeparet tempus dilationis extendi; quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticae subjacebit; veruntamen redditus Ecclesiae viduatae penes oeconomum ejusdem Ecclesiae integri reserventur.

CANON XXVI.

Quoniam quibusdam Ecclesiis, ut rumore comperimus, praeter oeconomos Episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum habere oeconomum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam Episcopi proprii, ita ut Ecclesia edispensatio praeter testimonium non sit, et ex hoc dispergantur ecclesiasticae facultates, et sacerdotio maledictionis derogatio

συνῇ προστρίβεσθαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσιν.

ΚΑΝΩΝ ΚΖ.

Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας καὶ ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου, ἢ συμπράττοντας ἢ συναιροῦντας τοῖς ἁρπάζουσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, ἐκπίπτειν τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς. 5

ΨΗΦΟΣ τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου, ἐκφωνηθεῖσα χάριν τῶν πρεσβείων τοῦ θρόνου τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. 10

ΚΑΝΩΝ ΚΗ.

Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων, ‘τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου ‘τοῦ γενομένου Βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ’ γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς 15

procuretur: quod si hoc minime fecerit, divinis constitutionibus subjaceat.

CANON XXVII.

Eos, qui rapiunt mulieres etiam sub nomine simul habitandi, aut cooperantes aut conniventes raptoribus, decrevit sancta Synodus, ut si quidem clerici sunt, decidant gradu proprio, si vero laici, anathematizentur.

Decretum ejusdem sanctae Synodi, promulgatum ob privilegia sedis sanctae Ecclesiae Constantinopolitanae.

CANON XXVIII.

Sanctorum Patrum decreta ubique sequentes, et canonem, qui nuper lectus est, centum et quinquaginta Dei amantissimorum Episcoporum agnoscentes, eadem quoque et nos decernimus

ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης. Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας, Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ 5 Πατέρες εἰ κότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι Ἐπίσκοποι, τὰ ἶσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ 10 τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ᾽ ἐκείνην ὑπάρχουσαν· καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως Μητροπολίτας 15 μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς Ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου Μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων 20 μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόπων χειροτονοῦντος

et statuimus de privilegiis sanctissimae Ecclesiae Constantinopolis, novae Romae. Etenim antiquae Romae throno, quod urbs illa imperaret, jure patres privilegia tribuerunt. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi Episcopi sanctissimo novae Romae throno aequalia privilegia tribuerunt recte judicantes, urbem, quae et imperio et senatu honorata sit, et aequalibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis non secus ac illam extolli ac magnifieri, secundam post illam exsistentem: ut et Ponticae, et Asianae et Thraciae dioecesis Metropolitani soli, praeterea et Episcopi praedictarum dioecesium quae sunt inter barbaros, a praedicto throno sanctissimae Constantinopolitanae Ecclesiae ordinentur: unoquoque scilicet praedictarum dioecesium Metropolitano cum provinciae Episcopis, provinciae

τοὺς τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται· χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς Μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γενομένων, καὶ ἐπ' 5 αὐτὸν ἀναφερομένων.

(PROLOGUS.)

ΤΗΣ αὐτῆς ἁγίας Συνόδου ἐκ τῆς πράξεως τῆς περὶ Φωτίου Ἐπισκόπου Τύρου καὶ Εὐσταθίου Ἐπισκόπου Βηρύτου. 10

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες εἶπον,

Περὶ τῶν Ἐπισκόπων τῶν χειροτονηθέντων μὲν παρὰ Φωτίου τοῦ εὐλαβεστάτου Ἐπισκόπου, ἀποκινηθέντων δὲ παρὰ Εὐσταθίου τοῦ εὐλαβεστάτου Ἐπι- 15 σκόπου, καὶ μετὰ τὴν Ἐπισκοπὴν Πρεσβυτέρων εἶναι κελευσθέντων, τί παρίσταται τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ;

Πασκασῖνος καὶ Λουκήνσιος, οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι, καὶ Βωνηφάτιος Πρεσβύτερος, τοποτηρηταὶ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης εἶπον, 20

Episcopos ordinante, quemadmodum divinis canonibus est traditum: ordinari autem sicut dictum est, praedictarum dioecesium Metropolitanos a Constantinopolitano Archiepiscopo, convenientibus de more factis electionibus, et ad ipsum relatis.

Ejusdem sanctae Synodi ex actione de Photio Tyri Episcopo, et Eustathio Episcopo Beryti.

Magnificentissimi et illustrissimi Principes dixerunt,

De Episcopis ordinatis a Photio religiosissimo Episcopo, sed remotis ab Eustathio piissimo, et curae Presbyterorum subjectis, quid sanctae Synodo visum?

Pascasinus et Lucensius, religiosissimi Episcopi, et Bonifacius Presbyter, locum tenentes Ecclesiae Romanae dixerunt,

ΚΑΝΩΝ ΚΘ.

Ἐπίσκοπον εἰς Πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν, ἱεροσυλία ἐστίν. Εἰ δὲ αἰτία τις δικαία ἐκείνους ἀπὸ τῆς πράξεως τῆς Ἐπισκοπῆς ἀποκινεῖ, οὐδὲ Πρεσβυ-
5 τέρου τόπον κατέχειν ὀφείλουσιν· εἰ δὲ ἐκτός τινος ἐγκλήματος ἀπεκινήθησαν τοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὴν ἐπισκοπικὴν ἀξίαν ἐπαναστρέψουσιν.

(EPILOGUS.)

ΑΝΑΤΟΛΙΟΣ ὁ εὐλαβέστατος Ἀρχιεπίσκοπος
10 Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν,

Οὗτοι οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς Ἐπισκοπῆς ἀξίας εἰς τὴν τοῦ Πρεσβυτέρου τάξιν κατεληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπὸ εὐλόγων αἰτιῶν καταδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς Πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσιν εἶναι τιμῆς· εἰ
15 δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὸν ἥττονα κατεβιβάσθησαν βαθμὸν, δίκαιοι τυγχάνουσιν, εἴγε ἀνεύθυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς Ἐπισκοπῆς ἐπαναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην.

Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι ἐβόησαν,

CANON XXIX.

Episcopum in Presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem justa causa illos episcopali actione removet, nec Presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque ullo crimine dignitate moti sunt, ad episcopalem dignitatem redibunt.

Anatolius religiosissimus Constantinopolitanus Archiepiscopus dixit,

Ii qui dicuntur ab episcopali dignitate ad Presbyteri ordinem descendisse, si justis quidem de causis condemnantur, jure nec Presbyteri quidem honore digni sunt. Sin autem sine aliqua causa probabili ad inferiorem gradum depressi sunt, jure, siquidem nulli sint culpae affines, Episcopatus autoritatem et sacerdotium recipient.

Omnes religiosissimi Episcopi clamarunt,

Δικαία ἡ κρίσις τῶν Πατέρων· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν· οἱ Πατέρες δικαίως ἐψηφίσαντο· ἡ ψῆφος τῶν Ἀρχιεπισκόπων κρατείτω.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες εἶπον, 5

Τὰ ἀρέσαντα τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον βέβαια φυλαττέσθω.

(PROLOGUS.)

ΤΗΣ αὐτῆς ἁγίας Συνόδου ἐκ τῆς τετάρτης πράξεως, ἔνθα σκοπεῖται τὸ κεφάλαιον τὸ κατὰ τοὺς 10 Ἐπισκόπους τοὺς Αἰγύπτου.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες, καὶ ἡ ὑπερφυὴς Σύγκλητος εἶπον·

ΚΑΝΩΝ Λ.

Ἐπειδὴ οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου, 15 οὐχ ὡς μαχόμενοι τῇ καθολικῇ πίστει, ὑπογράψαι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Λέοντος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνεβάλλοντο, ἀλλὰ φάσκοντες ἔθος εἶναι ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει παρὰ γνώμην

Justum est judicium Patrum: nos omnes idem dicimus: Patres jure decreverunt: suffragium Archiepiscoporum valeat.

Magnificentissimi et illustrissimi Principes dixerunt,

Quae sanctae Synodo placuerunt, omni tempore firma et fixa permaneant.

Ejusdem sanctae Synodi e quarta actione, ubi consideranda est summa, quae secundum Episcopos Aegypti.

Magnificentissimi et illustrissimi Principes, nec non egregia Concio, dixerunt,

CANON XXX.

Quoniam religiosissimi Aegypti Episcopi, non ut catholicae fidei adversantes, sanctissimi Archiepiscopi Leonis epistolae subscribere differebant, sed dicentes in Aegyptiaca dioecesi hanc esse consuetudinem, ut

καὶ διατύπωσιν τοῦ Ἀρχιεπισκόπου μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀξιοῦσιν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς ἄχρι τῆς χειροτονίας τοῦ ἐσομένου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως Ἐπισκόπου· εὔλογον ἡμῖν ἐφάνη καὶ φιλάν-
5 θρωπον, ὥστε αὐτοῖς μένουσιν ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἔνδοσιν παρασχεθῆναι, ἄχρις ἂν χειροτονηθῇ ὁ Ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως.

(EPILOGUS.)

10 ΠΑΣΚΑΣΙΝΟΣ ὁ εὐλαβέστατος Ἐπίσκοπος, τοποτηρητὴς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ῥώμης, εἶπεν,

Εἰ προστάττει ἡ ὑμετέρα ἐξουσία, καὶ κελεύεταί τί ποτε αὐτοῖς παρασχεθῆναι φιλανθρωπίας ἐχόμενον, ἐγγύας δότωσαν, ὅτι οὐκ ἐξέρχωνται ταύτης τῆς
15 πόλεως, ἕως οὗ ἡ Ἀλεξανδρέων πόλις Ἐπίσκοπον δέξηται.

Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες, καὶ ὁ ὑπερφυὴς Σύγκλητος εἶπον,

praeter voluntatem et mandatum Episcopi nihil tale faciant, et petunt concedi sibi usque ad ordinationem futuri megalopolis Alexandrinorum Archiepiscopi; justum nobis et humanum visum est, ut ipsis, in proprio habitu in imperiali urbe manentibus, remissio concedatur, donec ordinatus fuerit Alexandrinus Archiepiscopus. [Unde in proprio habitu manentes vel fidejussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum jurejurando fides habebitur.]

Pascasinus religiosissimus Episcopus, apostolicae sedis Romanae legatus, dixit,

Si dominatio vestra mandat et jubet ut quod olim illis concessum, det licentiam, quia ex hac urbe non egredientur, donec Episcopus Alexandrinus ordinetur.

Magnificentissimi et illustrissimi principes et eximius Coetus dixerunt,

Ἡ τοῦ ὁσιωτάτου Ἐπισκόπου Πασκασίνου ψῆφος βεβαία ἔστω, ὅθεν μένοντες ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι τῶν Αἰγυπτίων, ἢ ἐγγύας παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατὸν, ἢ ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθήσονται ἀναμένειν τὴν χειροτονίαν τοῦ 5 ἐσομένου Ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως.

Pascasini decretum firmum esto : unde in proprio habitu manebunt religiosissimi Aegyptiorum Episcopi, aut vicinas Ecclesias tenebunt, si hoc ab iis fieri potest, aut sacramentum deponent, salva manente ordinatione futuri Episcopi Alexandrinae Ecclesiae.

DEFINITIO FIDEI

APUD CONCILIUM CHALCEDONIUM.

Ἡ ἉΓΙΑ καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων 5 καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν Βασιλέων Μαρκιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστων, συναχθεῖσα ἐν τῇ Καλχηδονέων μητροπόλει τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας καὶ καλλινίκου μάρτυρος Εὐφημίας, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

10 Ὁ ΚΥΡΙΟΣ ἡμῶν καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς τῆς πίστεως τὴν γνῶσιν τοῖς μαθηταῖς βεβαιῶν, ἔφη· [a] 'Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν 'δίδωμι ὑμῖν·' ὥστε μηδένα πρὸς τὸν πλησίον διαφωνεῖν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ἐπίσης 15 ἅπασι τὸ τῆς ἀληθείας ἐπιδείκνυσθαι κήρυγμα. Ἐπειδὴ δὲ οὐ παύεται διὰ τῶν ἑαυτοῦ ζιζανίων ὁ πονηρὸς τοῖς τῆς εὐσεβείας ἐπιφυόμενος σπέρμασι, καί τι καινὸν κατὰ τῆς ἀληθείας ἐφευρίσκων ἀεὶ, διὰ τοῦτο συνήθως ὁ Δεσπότης προνοούμενος τοῦ ἀνθρωπίνου 20 γένους, τὸν εὐσεβῆ τοῦτον καὶ πιστότατον πρὸς ζῆλον [b] ἀνέστησε Βασιλέα, καὶ [c] τοὺς ἁπανταχῇ τῆς ἱερωσύνης πρὸς ἑαυτὸν ἀρχηγοὺς συνεκάλεσεν, ὥστε, τῆς χάριτος τοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου Χριστοῦ

[a] Joan. xiv. 27. [b] *Fors.* ζῆλον τῆς πίστεως ἀ. Vid. not.
[c] *Fors.* ὃς καί.

ἐνεργούσης, πᾶσαν μὲν τοῦ ψεύδους τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ἀποσείσασθαι λύμην, τοῖς δὲ τῆς ἀληθείας αὐτὴν[a] καταπιαίνειν βλαστήμασιν. Ὃ δὴ καὶ πεποιήκαμεν, κοινῇ ψήφῳ τὰ τῆς πλάνης ἀπελάσαντες δόγματα, τὴν δὲ ἀπλανῆ τῶν Πατέρων ἀνανεωσάμενοι πίστιν, τὸ τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ σύμβολον τοῖς πᾶσι κηρύξαντες, καὶ ὡς οἰκείους τοὺς τοῦτο τὸ σύνθεμα τῆς εὐσεβείας δεξαμένους Πατέρας ἐπιγραψάμενοι· οἵπερ εἰσὶν οἱ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ μεγάλῃ Κωνσταντινουπόλει συνελθόντες ρν′, καὶ αὐτοὶ τὴν αὐτὴν ἐπισφραγισάμενοι πίστιν. Ὁρίζομεν τοίνυν, (τὴν τάξιν καὶ τοὺς περὶ τῆς πίστεως ἅπαντας τύπους φυλάττοντες καὶ ἡμεῖς τῆς κατ᾽ Ἔφεσον πάλαι γεγενημένης ἁγίας Συνόδου, ἧς ἡγεμόνες οἱ ἁγιώτατοι τὴν μνήμην Κελεστῖνος ὁ τῆς Ῥωμαίων, καὶ Κυρίλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων, ἐτύγχανον,) προλάμπειν μὲν τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἔκθεσιν τῶν τιη′ ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς μνήμης Κωνσταντίνου τοῦ γενομένου Βασιλέως συναχθέντων· κρατεῖν δὲ καὶ τὰ παρὰ τῶν ρν′ ἁγίων Πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει ὁρισθέντα, πρὸς ἀναίρεσιν μὲν τῶν τότε φυεισῶν αἱρέσεων, βεβαίωσιν δὲ τῆς αὐτῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως. [Hic sequuntur duo Fidei Symbola, Nicaenum et CPtanum.] Ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσίν τε καὶ βεβαίωσιν τὸ σοφὸν καὶ σωτήριον τοῦτο τῆς θείας χάριτος σύμβολον· περί τε γὰρ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐκδιδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ Κυρίου τὴν

[a] *Fors.* αὐτά.

ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. Ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες τὸ κήρυγμα, διὰ τῶν οἰκείων αἱρέσεων τὰς κενοφωνίας ἀπέτεκον, οἱ μὲν τὸ τῆς δι᾽ ἡμᾶς τοῦ Κυρίου οἰκονο-
5 μίας μυστήριον παραφθείρειν τολμῶντες, καὶ τὴν Θεοτόκον ἐπὶ τῆς Παρθένου φωνὴν ἀπαρνούμενοι· οἱ δὲ σύγχυσιν καὶ κρᾶσιν εἰσάγοντες, καὶ μίαν εἶναι φύσιν τῆς σαρκὸς καὶ τῆς Θεότητος ἀνοήτως ἀναπλάττοντες, καὶ παθητὴν τοῦ Μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν τῇ
10 συγχύσει τερατευόμενοι· διὰ τοῦτο πᾶσαν αὐτοῖς ἀποκλεῖσαι κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανὴν βουλομένη ἡ παροῦσα νῦν αὕτη ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος, τὸ τοῦ κηρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδιδάσκουσα, ὥρισε προηγουμένως, τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ
15 ἁγίων Πατέρων τὴν πίστιν μένειν ἀπαρεγχείρητον· καὶ διὰ μὲν τοὺς τῷ Πνεύματι τῷ Ἁγίῳ μαχομένους, τὴν χρόνοις ὕστερον παρὰ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως συνελθόντων ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων Πατέρων περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας παραδοθεῖσαν
20 διδασκαλίαν κυροῖ· ἣν ἐκεῖνοι τοῖς πᾶσιν ἐγνώρισαν, οὐκ ὥς τι λεῖπον τοῖς προλαβοῦσιν ἐπάγοντες, ἀλλὰ τὴν περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος αὐτῶν ἔννοιαν κατὰ τῶν τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ἀθετεῖν πειρωμένων γραφικαῖς ματυρίαις τρανώσαντες. Διὰ δὲ τοὺς τὸ τῆς
25 οἰκονομίας παραφθείρειν ἐπιχειροῦντας μυστήριον, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας τεχθέντα Μαρίας ἀναιδῶς ληρῳδοῦντας, τὰς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γενομένου ποιμένος, συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρὸς Νεστό-
30 ριον καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς ἁρμοδίους οὔσας

ἐδέξατο, εἰς ἔλεγχον μὲν τῆς Νεστορίου φρενοβλαβείας, ἑρμηνείαν δὲ τῶν ἐν εὐσεβεῖ ζήλῳ τοῦ σωτηρίου συμβόλου ποθούντων τὴν ἔννοιαν· αἷς καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ τῆς μεγίστης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης προέδρου, τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου Ἀρχιε- 5 πισκόπου Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Ἀρχιεπίσκοπον Φλαυιανὸν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς Εὐτυχοῦς κακονοίας, ἅτε δὴ τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ συμβαίνουσαν, καὶ κοινήν τινα στήλην ὑπάρχουσαν κατὰ τῶν κακοδοξούντων, εἰκότως συνήρμοσε πρὸς 10 τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων βεβαίωσιν. Τοῖς τε γὰρ εἰς υἱῶν δυάδα τὸ τῆς οἰκονομίας διασπᾶν ἐπιχειροῦσι μυστήριον, παρατάττεται· καὶ τοὺς παθητὴν τοῦ Μονογενοῦς λέγειν τολμῶντας τὴν Θεότητα, τοῦ τῶν ἱερῶν ἀπωθεῖται συλλόγου· καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν δύο 15 φύσεων τοῦ Χριστοῦ κρᾶσιν ἢ σύγχυσιν ἐπινοοῦσιν ἀνθίσταται· καὶ τοὺς οὐρανίου, ἢ ἑτέρας τινὸς ὑπάρχειν οὐσίας τὴν ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσαν αὐτῷ τοῦ δούλου μορφὴν παραπαίοντας ἐξελαύνει· καὶ τοὺς δύο μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως φύσεις τοῦ Κυρίου μυθεύοντας, 20 μίαν δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀναπλάττοντας ἀναθεματίζει. Ἑπόμενοι τοίνυν τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ συμφώνως ἅπαντες ἐκδιδάσκομεν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν Θεότητι, τέλειον τὸν αὐτὸν 25 ἐν ἀνθρωπότητι, Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν Θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τὸν αὐτὸν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ 30

τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν Θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου τῆς Θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν
5 Χριστὸν, Υἱὸν, Κύριον, μονογενῆ, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ
10 μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, οὐχ ὡς εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν καὶ μονογενῆ, Θεὸν Λόγον, Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· καθάπερ ἄνωθεν οἱ Προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε,
15 καὶ τὸ τῶν Πατέρων ἡμῖν παραδέδωκε σύμβολον. Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι,
20 ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρους· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ, ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως οἱ-
25 ασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν Ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς Ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς. ΜΕΤΑ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ὅρου πάντες οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκο-
30 ποι ἐβόησαν, Αὕτη ἡ πίστις τῶν Πατέρων· οἱ Μητρο-

πολῖται ἄρτι ὑπογράψωσι, παρόντων αὐτῶν Ἀρχόντων ἄρτι ὑπογράψωσι· τὰ καλῶς ὁρισθέντα ὑπέρθεσιν μὴ δέξηται· αὕτη ἡ πίστις τῶν Ἀποστόλων, ταύτῃ πάντες στοιχοῦμεν, πάντες οὕτω φρονοῦμεν. Οἱ μεγαλοπρεπέστατοι καὶ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες εἶπον, Τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τυπωθέντα, καὶ πᾶσιν ἀρέσαντα, δῆλα τῇ θείᾳ γενήσεται κορυφῇ. 5

Actione Quinta. Apud Concilia, tom. II, p. 452, edit. Harduin.

SEQUITUR CONSTITUTIO ET FIDES CHALCEDONENSIS CONCILII. 10

Aetius Archidiaconus Constantinopolis, novae Romae, legit.

[Graeca habent, Ἀέτιος Ἀρχιδιάκονος τῆς ἁγιωτάτης Κωνσταντινουπόλεως ἀνέγνω.]

Sancta et magna universalis Synodus, quae secundum gratiam et sanctiones piissimorum Christianorumque Imperatorum, Valentiniani et Martiani Augustorum, congregata apud Chalcedona, metropolim Bithyniae provinciae, in martyrio sanctae martyris Euphemiae, statuit subter adnexa. 15

Dominus noster et Salvator Christus, notitiam fidei confirmans, discipulis suis ait, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*, ne ullus a proximo suo dissonet in doctrina pietatis, sed aequaliter praedicationem veritatis ostendat. Sed quoniam non quiescit nequissimus zizania sationibus pietatis inspergere, novi aliquid contra veritatem semper inveniens, ob hoc frequenter Dominus noster providens humano generi, piissimum et fidelissimum Principem ad zelum fidei suscitavit, et undique sacerdotii principes convocavit, quatenus gratia omnium, Domino nostro Jesu Christo operante, ab ovilibus Christi pestem mendacii submoveret. Quod quidem fecimus communi decreto dogmata fugantes erroris, et integram Patrum renovavimus fidem, trecentorum decem et octo symbolum omnibus praedicantes, et tanquam propinquos pietatis hujus 20 25 30

consensum recipientes Patres adscripsimus, qui postea apud magnam Constantinopolim convenerunt centum quinquaginta. Quoniam et ipsi eandem fidem subsignaverunt, decernimus, statutae ordinem et formam fidei reservantes nos,
5 et quae apud Ephesum olim facta est sancta Synodus, cujus praesides fuerunt sanctae memoriae Caelestinus, Romanae urbis Antistes, et Cyrillus Alexandrinae Ecclesiae, praefulgere quidem rectae et immaculatae fidei expositionem trecentorum decem et octo sanctorum et beatissimorum Patrum
10 apud Nicaeam, sub piae recordationis Constantino Principe, congregatorum. Obtinere autem etiam centum quinquaginta sanctorum Patrum apud Constantinopolim constituta, ad interimendas quidem, quae tunc emerserant, haereses.

Sufficeret quidem ad plenitudinem cognoscendam pietatis
15 et confirmationem prudens hoc et salutare per Dei gratiam Symbolum. De Patre enim, et Filio, et Spiritu Sancto doctrinam perfectam edocet, et Domini inhumanationem fideliter accipientibus repraesentat. Sed quoniam laedere praedicationem veritatis conantes, propriis haeresibus novas
20 voces proferunt, hi quidem mysterium Domini propter nos Divinae Dispensationis audentes corrumpere, et Matris Dei Virginis appellationem recusant, alii vero confusionem permistionemque introducunt, et unam naturam carnis et Deitatis stulte confingunt, passibilem Unigeniti divinam
25 esse naturam confusione portentosa dicentes. Ob hoc illis omnem aditum contra fidem volens claudere praesens nunc sancta et magna atque universalis Synodus, praedicationis hujus ab initio inconcussam [*fors.* inconcussum] docens, constituit prae ceteris trecentorum decem et octo
30 sanctorum Patrum fidem manere inlaesam. Et propter illos qui adversus Spiritum Sanctum pugnant, [a]Monachomenos, posterioribus temporibus a Patribus apud Constantinopolim CL congregatis, de essentia Spiritus corroborat traditam disciplinam, quam illi omnibus notam fecerunt, non quasi

[a] Al. Machomenos, forte Macedonianos, *Wendelstin.* Fors. Pneumatomachomenos.

deesset aliquid praecedentibus inferentes, sed de Sancto Spiritu suam sententiam promulgantes adversus eos, qui veritatem ipsius laedere tentaverunt Scripturarum testimoniis roborantes. At vero propter illos qui mysterium dispensationis violare conantur, et purum hominem esse, qui 5 ex sancta Virgine Maria natus est, impudentius delirantes, epistolas beati Cyrilli, Ecclesiae Alexandrinae Praesulis, synodicas utique literas ad Nestorium et ad alios per Orientem acceptissimas habet, ad convincendas Nestorii blasphemias. Et ad interpretationem salutaris Symboli his qui pro zelo 10 Dei nosse desiderant, quibus etiam subjunxit epistolam magnae et senioris urbis Praesulis, beatissimi et sancti Episcopi Leonis, quae scripta est ad sanctae memoriae Archiepiscopum Flavianum, et ad sensus pessimos Eutychetis auferendos, quippe magni illius Petri confessionibus congruen- 15 tem, et quandam columnam nobis adversus prava dogmata jure conjunctam ad confirmationem recti dogmatis. Eos autem, qui in dualitate filiorum dispensationis convellere mysterium nituntur, praecepit, et illos qui passibilem Deitatem Unigeniti ausi sunt dicere, sacerdotali munere sub- 20 moveri. Et his, qui in duabus naturis Christi promistionem aut confusionem dici aestimant, repugnandum; vel eos, qui coelestem, aut alterius esse substantiae carnem, quae illi est adsumpta de nobis, formam Dei negantes, delirantes dicunt, abjicit. Et qui duas quidem ante unionem na- 25 turas Domini fabulantur, unam vero post unionem confingunt, anathematizat. Sequentes igitur sanctos Patres, unum eundemque confiteri Filium, et Dominum nostrum Jesum Christum consona voce omnes docemus, eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, 30 Deum vere, et hominem vere, eundem ex anima rationabili et corpore, coessentialem Patri secundum Deitatem, coessentialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato, ante saecula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus 35 eundem propter salutem nostram ex Maria Virgine Theotoco secundum humanitatem, unum, eundemque Christum

Filium Dominum Unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata essentia naturarum propter unionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam per-
5 sonam atque existentiam concurrentem, non in duas personas partitum, atque divisum, neque disjunctum; sed unum, et eundem Filium Unigenitum, Deum Verbum Jesum Christum, sicut ante Prophetae de eo, et ipse nos Jesus Christus erudivit, et Patrum nobis Symbolum tradidit. His igitur cum
10 omni undique veritate, et diligentia, et sollicitudine a nobis definitis, statuit sancta et universalis Synodus, alteram fidem nulli licere proferre, vel conscribere, vel componere, vel sentire, vel docere aliter. Eos autem, qui ausi sunt componere fidem alteram, aut proferre, aut docere, aut tra-
15 dere alterum Symbolum volenti vel converti, vel ex gentibus ad cognitionem veritatis venire, vel ex Judaeis, vel haeresi quacunque, si Episcopi fuerint, aut clerici, alienos esse Episcopos ab episcopatu, et clericos a clero; si vero monachi aut laici fuerint, anathematizari. [Hactenus vetus Latina
20 versio, quae a me desumpta est ex Codice Canonum Veteri Ecclesiae Romanae a Joan. Wendelstino edito.] Post lectionem vero definitionis omnes religiosissimi Episcopi clamaverunt: 'Haec 'fides Patrum. Metropolitani modo subscribant: praesen-'tibus ipsis Judicibus modo subscribant: quae bene definita
25 'sunt, dilationem non suscipiant. Haec fides Apostolorum, 'huic omnes consentimus, omnes ita sapimus.' Magnificentissimi et gloriosissimi Judices dixerunt: 'Quae a sanctis 'Patribus statuta sunt, et omnibus placuerunt, manifesta 'fient sacro Vertici.'

IN

EPHESINI CONCILII CANONES

ANNOTATIONES.

P. 3. l. 3. Κανόνες τῶν διακοσίων &c.] Canones Ephesinos
5 nec Dionysius Exiguus habet in suo Codice Canonum, nec
Isidorus in sua Collectione, sed Graeci tantum Canonum
Collectores, quoniam videlicet non illi ad disciplinam, sed ad
solam fidem pertinent. In uno e MSS. nostris, de Concilio
Ephesino haec habet Isidorus ipse, relatus ex parte e Gra-
10 tiano in Decreto x, Dist. xvi: 'Tertia principalium Syno-
'dorum Ephesina prima est, ducentorum Episcoporum sub
'Theodosio juniore Augusto, temporibus Coelestini Papae
'Romani, Juvenalisque Hierosolymitani atque Cyrilli Alex-
'andrini edita, quae Nestorium Constantinopolitanum Epi-
15 'scopum, Beatam Virginem Mariam non Dei sed hominis tan-
'tummodo Genetricem asserentem, ut aliam personam carnis,
'aliam faceret Deitatis, justo anathemate condemnavit; duo-
'decim capitula post Synodicam Epistolam contra ejusdem
'Nestorii totidem capitula blasphemiarum, auctore praefato
20 'sancto Cyrillo, anathematizando conscribens, in quibus os-
'tendit manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu
'Christi personam, subscribentibus universis Episcopis.' In
Synodico Casinensi sunt hi Canones sex, *translati*, ut ibi
dicitur, *ex Codice monasterii Acaemetensis, his verbis, Epi-*
25 *stola tractoria sive generalis* &c. HARDUINUS. Idcirco
vero omisisse Dionysium Exiguum hos Canones arbitratur
Labbaeus—'quod non universae Ecclesiae decreta visa sint
'Latinis, sed in peculiari ac privata Nestorii ejusque fautorum
'causa Canones pro re duntaxat nata a Patribus Ephesinis
30 'constituti.' Concil. tom. iii. p. 805, ed. Labbe et Cossart.
Verum audienda sunt quae de his Canonibus posuerunt
fratres Ballerini in opere suo jam ante indicato. 'Ephe-
'sinos Canones nulla versio praefert, sicut nec praeferebat
'Graecus Codex Dionysii Exigui. Neque haec Synodus pro-

'prie simul condidit octo illos Canones quos Justelli editio 'exhibet, sed ex diversis ejus actionibus hinc et hinc ex-'cerpti fuere. Id posteriori tantum tempore factum fuit. 'Antiquior, quod sciamus, Graeca collectio, in qua hi 'Ephesini Canones cum ceteris recenserentur, erat in eo 5 'Codice, quo post medium sextum saeculum Joannes Scho-'lasticus usus est, et exinde illi in posteriores Graecas col-'lectiones transierunt. Idem Justellus in notis ad hos 'Canones, pag. 91, posteriores fontes indicans ex quibus 'eosdem hausit, ait, *Hi octo Concilii Ephesini Canones ex-* 10 '*stant in Codice Tilii, et in Codicibus MSS. Balsamonis* '*et Zonarae, et in Actis Concilii Ephesini tom. I, Concil.* '*oecum. Romae edit. an.* 1608, *sex scilicet priores pag.* 499, '*duo vero posteriores pag.* 492 *et* 497.' Haec Ballerini, de Antiquis Collectionibus et Collectoribus Canonum, part. I, 15 cap. i, §. x, p. 10, ed. Venet. Ac revera, etsi medio quinto saeculo paulo post habitum Concilium Ephesinum verbis ipsis septimi Canonis Patres Chalcedonenses in Definitione sua supra collocata usi fuerint, hoc tamen ab illis fieri posset, antequam decretum istud de Symbolo Nicaeno in Actis quidem 20 Ephesini Concilii tunc repositum inter Canones ejus recensitum esset. Memorabo id tantum, Canones eosdem exstare in octo illis, quibus usus sum, Codicibus Bodleianis. Ceterum quidquid de Ephesino Concilio a Joanne Wendelstino in Codice Canonum Vetere Ecclesiae Romanae editum est, id 25 tantum Latina versio est Synodicae Epistolae Concilii Alexandrini sub Cyrillo paulo ante habiti ad Nestorium, subjectis ei duodecim anathematismis; quam quidem epistolam supra Harduinus ex Isidoro lectori indicavit. Hanc tandem, tum propterea quod in Codicem Canonum veterem Ro- 30 manum recepta esset, tum quia apud ipsum Concilium Ephesinum et lecta et approbata fuerit, ejusdem Synodi Canonibus adjiciendam nunc statui. Eademque in Canonum quidem Graecorum editionibus, tanquam si fuerit epistola Ephesini Concilii, exstat. Epistolam ad Pamphilienses, de 35 Eustathio priore ipsorum Metropolitano tractantem, ideo omisi, quod causa privata tantum in ea agitur.

P. 3. l. 8. τῶν εὐσεβεστάτων Βασιλέων] Theodosii Junioris et Valentiniani III.

Ibid. l. 17. ἔξαρχον τῆς ἑαυτῶν—Πτολεμαΐδος] Omnia 40 haec, usque ad vocem οἵτινες lin. 15 pag. sequentis, in Canonum Collectionibus haud posita, ex Actis Concilii huc transtuli. Ex Episcopis hic memoratis Joannes quidem Antiochenus duobus circiter annis post Concilii conclusionem ad pacem ecclesiasticam reversus est; nobilis vero 45

theologus historicusque Theodoretus haud ante exactos viginti annos, quum apud Concilium Chalcedonense Nestorium nominatim damnasset, Ecclesiae suae Cyrensi restitutus est. Quo certius autem pateat, fidem catholicam apud Con-
5 cilium Ephesinum definitam, a Praesulibus quoque istis agnitam fuisse, ad tempus licet eidem Concilio in lite Nestoriana oppositis, Joannis Antiocheni et Orientalium confessionem fidei in Appendice afferam, quae ab ipso Cyrillo Alexandrino approbata est et descripta. Interea pro Θεό-
10 δωρος Latini *Dorotheus*, et ad vocem Καλχήδονος in marg. Conciliorum posita est lectio varians Χάλχιδος, et in Latinis *Chalcidis;* sicut in Graecis quoque in Actione V, ubi hoc nomen Δωρόθεος et illud Χαλκίδος apparent. p. 654 ed. Labbe. Mox post Διογένης nomen Πολιὸς ex MSto Segueriano a
15 Labbaeo et ab Harduino adductum Graecis addidi, ubi in Latina exstat interpretatione, *et Palladius.*

P. 4. l. 16. ὡς ἐξ αὐθεντίας ἱερατικῆς] Tanquam potestate sacerdotali praediti. Infra dicitur ἐνέργεια ἱερατική.

Ibid. l. 19. πρὸ πάντων μὲν τὰ Νεστορίου καὶ τὰ Κελεστίου
20 φρονήματα] Particula μὲν hoc loco stat sola perspicuitatis gratia addita. Fertur autem docuisse Nestorius Christo inesse duas personas. Quod interea per calumniam in quosvis homines dictum, censet Theodoretus in *Epist.* lxxxiv, quodque Nestorius ipse apud Marium Mercatorem,
25 p. 117 edit. Baluz. se docuisse inficiatus est. Vide et Nestorium, in epistola sua ad Cyrillum p. 1279, Concil. edit. Harduin. utriusque naturae Christi in una persona conjunctionem agnoscentem. Proculdubio tamen de Incarnatione Christi haud vera sensisse existimandus est Nestorius, si
30 modo negaret Virginem Mariam Θεότοκον, *Deiparam*, proprio sensu appellari posse; vel, quod idem est, verum sensum hujus appellationis apud Antenicaenos quoque scriptores repertae perverteret. Confer inter alios multos locos huc pertinentes, Synodi Alexandrinae Anathematismos primum
35 et decimum supra positos; Nestorii Anathematismos Cyrillo oppositos Tom. III. p. 423, Concil. ed. Labbe, tom. I, p. 1299, ed. Harduin. et Epist. ejus ad Joannem Antiochenum, p. 1333, ed. Hard. et Theodoreti Epist. ad eund. Joannem, p. 894, ed. Labbe. Quinetiam utiliter adire de hac re possis
40 Guilelmi Palmeri viri cl. opus sane egregium de Ecclesia, vol. II. part 4. cap. 12. pp. 180—184. Certe Nestorii opinionem ut impiam, quaeque religionem Christianam atque universam mysterii dispensationem, ὅλην μυστηρίου οἰκονομίαν, ab ipsis quoque fundamentis dirueret, demolitos se esse aiunt
45 Patres Concilii hujus Ephesini in Epistola Synodali ad Cae-

lestinum Papam Romanum, Actione V, p. 1508, ed. Harduin. Quod ad Celestium haereticum attinet, 'Celestius,' ut Beveregii verbis utar in Annotationibus ad Synodicum, 'discipulus 'fuit Pelagii haeresiarchae, et ejusdem etiam haereseos ma-'gister, cujus propterea sectatores Celestini non minus quam 5 'Pelagiani audiunt.'

CANON I.

P. 5. l. 18. περὶ αὐτῶν] Forte ἐν αὐτῇ. HARDUIN. Hoc quidem ad marg. Conciliorum ut lectio varians allatum erat, exstititque olim in Codice Tiliano, propterea quod in eo 10 superiora illa de haereticis haud praemissa sunt. Idem porro edidit in Synodico suo Beveregius. Attamen retinenda est lectio altera περὶ αὐτῶν, quam praestant ceterae Canonum Collectiones, et sex Codices scripti Bodleiani.

Ibid. l. 19. εἴτις Μητροπολίτης] εἴ τε ὁ Μητροπολίτης. Sic 15 Canonum edit. princeps et aliae, Codex Univ. Ecclesiae Justellianus, ac duo Codices scripti Bodleiani, deleto vero quod praecesserat ὁ in Cod. 26. Et notata lectio est ad marg. Conciliorum, quae tamen habent εἴτις ὁ Μητροπολίτης. Articulum ὁ mecum respuunt Joannes Antiochenus in Digesto, 20 tres Codices Bodleiani, Beveregii Synodicum, Graecorumque Pedalium recens editum. Recte, nisi εἴγε pro εἴτε scribendum.

Ibid. l. 21. τῷ τῆς ἀποστασίας συνεδρίῳ] Joannis Antiocheni Praesulis, ceterorumque episcoporum, Conciliabulo, quod appellatur, Ephesino. 25

Ibid. l. 23. ἢ φρονήσει] Vulgo φρονήσῃ, sed ad marg. Conciliorum, probante Harduino, φρονήσει, quod et habent Beveregius et MSti Bodleiani; φρονήσοι vero Joannes Antiochenus in Canonum Collectione seu Digesto suo, Justellique Codex Univ. Eccl. 30

CANON IV.

P. 7. l. 8. ἢ τὰ Κελεστίου] Ἢ τὰ τοῦ Κελεστίου [sic Harduini Concil.] non sunt apud Joan. Antioch. tit. 57. Sed habet τὸ τοῦ Ἀρείου καὶ Νεστορίου. HARDUIN. Omisit quidem Joannes Antiochenus hoc loco ἢ τὰ Κελεστίου, sed 35 nihil loco horum reposuit. Non habent articulum τοῦ aut aliae Conciliorum editt. aut Canonum edit. princeps, aut Justelli Codex Univ. Eccles. aut denique Codd. plurimi Bodleiani, quos hic secutus sum. Exhibent vero non tantum ante Celestium, sed etiam ante Nestorium, articulum Beve- 40 regii Synodicum, Graecorum Pedalium, Codicesque duo Bodleiani.

CANON VI.

P. 8. l. 5. Ἐπίσκοποι] In Vaticanis libris, et nonnullis aliis, reperiuntur hi sex Canones tantum; in quibusdam vero additur sub nomine septimi Canonis Definitio ejusdem sanctae 5 Synodi post relationem Charisii Presbyteri edita, quae suo loco habetur supra sectione sexta; et pro Canone octavo, aliud Synodi decretum de Episcopis Cypri, quod post eorum petitionem ponitur paulo supra, hac eadem actione, p. 1620. Haec HARDUINUS, qui annotavit ea, ut olim Ph. Labbe, 10 post Conciliorum Romanos editores; quorum, ut obiter id notem, princeps fuit Jacobus Sirmondus, vir eruditissimus integerrimusque. Nihilominus ego Canones duos postremos, praeeuntibus Justello, et Beveregio, Graecorumque Pedalio, ordine suo addidi, propterea quod ultimum eorum in Cano-15 num numero digessit Joannes Antiochenus in Collectione sua, dum utrumque Canonem praestant editio Canonum princeps, et Arsenius Monachus in Synopsi Canonum, p. 750, tom. II, Biblioth. Juris Canonici Veteris, per Voellum et H. Justellum, ne tres commemorem Interpretes Graecos, 20 Zonaram, Balsamonem, Aristenumque.

Ibid. l. 8. ΔΙΑΛΑΛΙΑ τῆς αὐτῆς—ἁγίᾳ Συνόδῳ] Pro his verbis, quae ex Canonum editione principe desumpsi, positum est istud in Conciliis, Ὅρος τῆς Συνόδου περὶ τῆς πίστεως, ἐν ᾧ καὶ περὶ ὧν ἀνήνεγκεν ὁ Χαρίσιος, *Synodi Decre-*25 *tum de fide, ubi et de his quae retulit Charisius.* Inter haec verba illud παραπλασθὲν, fide nixus Codicis Bodl. 26 et MSti Lloydiani, pro edito πλασθὲν nunc recepi. Ipsius Charisii Confessio Nicaenae illi conformis exstat in Ephesini Concilii Actis, Sessione sexta, et apud Concilia Nova a Ba-30 luzio edita. Sequitur ibidem Ἴσον τῆς ἐνθέσεως τοῦ παραπλασθέντος Συμβόλου, p. 677—680, ed. Labbe, quod est Theodori Mopsuesteni, ut ibi infra Patres monent, Symbolum, a Mario Mercatore postea confutatum, p. 40, edit. Baluz. Mercatoris.

35

CANON VII.

Ibid. l. 18. τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων] Ex initio Actionis Sextae, p. 1525, edit. Concil. Harduin. constat lectum fuisse in Concilio hoc Ephesino Symbolum Synodi Nicaenae, non CPtanae; cujus posterioris Synodi Symbolum 40 in Chalcedonensi Concilio una cum Nicaeno illo postea comprobatum est. Et semper dein latiorem hanc Symboli formam 'tota Graecia,' ut verbis utar Praefationis Codicis Canonum a Petro De Marca allatae, 'et Latinitas in Ecclesiis 'praedicant.' De Vet. Canonum Collectionibus, cap. 2. Porro,

quando Synodus Ephesina apud Euagrium in ejusdem Hist. Eccl. lib. II, c. 4, prohibet quidquam adjicere Symbolo Nicaeno, hujus Symboli nomine, judice quidem J. Ger. Vossio in Dissert. iii De Tribus Symbolis, Thesi iv et v, pag. 60, CPtanum comprehenditur. Verum ibi apud Euagrium, de 5 rebus actis apud Concilium Chalcedonense, non apud Ephesinum, sermo est, etsi verba Ephesinorum Patrum, quibus usi fuerant Chalcedonenses, in eo loco adducuntur. Addendum, quod in Epistola Synodi Alexandrinae proxime ante Ephesinam habitae Symbolum Nicaenum solum per se 10 sine additamento propositum est. Vide infra.

P. 9. l. 15. *τὰ πικρὰ καὶ διεστραμμένα τοῦ Νεστορίου δόγματα, ἃ καὶ ὑποτέτακται*] Praestant *πικρὰ* Canonum Graecorum editio princeps, Codicesque Bodleiani, quibus usum sum, omnes, atque Editiones Parisienses Canonum Commen- 15 tariis Zonarae et Balsamonis cinctorum. Sed *μιαρὰ* exhibent Concilia, Synodicum Beveregii, Pedalium Graecorum, Codicisque Tiliani interpretatio Latina, in qua *scelerata* exstat. Ceterum in hujus Concilii Actis fragmenta viginti quinque collocantur ex Quaternionibus Nestorii, sive Ser- 20 monibus ejus, deprompta, a Petro Alexandrino primicerio notariorum Concilio oblata, p. 520, Concil. Labbe, et Contii Ephesini Concil. fol. 69.

P. 10. l. 1. *εἰ δὲ λαϊκός τις εἴη, καὶ οὗτος ἀναθεματιζέσθω*] Exstat in Conciliis *εἰ δὲ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι*, quod ex 25 Canonum Collectionibus et septem libris Bodleianis refinxi. Scribit Zonaras in Commentario, *ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς τὰ Νεστορίου φρονοῦντας καὶ δεχομένους, ἢ καὶ διδάσκοντας τὰ ἐν τῷ παρ' ἐκείνου συντεθέντι Συμβόλῳ βλασφημηθέντα, λέγοντος μὴ τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου* 30 *ἀνειληφέναι, ἀλλὰ ψιλὸν μὲν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Χριστὸν, κατὰ σχέσιν δὲ αὐτῷ ἑνωθῆναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγον· εἰς δύο Υἱοὺς καὶ δύο ὑποστάσεις διαιροῦντος τὸν Χριστὸν καὶ Θεόν· καὶ τὴν ἁγίαν Παρθένον οὐ Θεοτόκον, ἀλλὰ Χριστοτόκον καλοῦντος· τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἡ ἱερὰ Σύνοδος ἐψηφίσατο, κἂν Ἐπίσκο-* 35 *πος εἶεν, κἂν κληρικοὶ, κἂν λαϊκοὶ, ὥστε τοὺς μὲν ἱερωμένους καθαιρεῖσθαι, τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀναθεματίζεσθαι.*

Ibid. l. 3. ΨΗΦΟΣ *ἐπισκόπων*] Haec pauca verba ex Canonum editione principe adjeci.

CANON VIII. 40

Ibid. l. 9. *τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων*] Operae fortasse pretium est hic monere, comprobari Conciliorum lectionem *Πατέρων* septem libris scriptis Canonum Bodleianis, et solum tueri alteram lectionem *Ἀποστόλων* Codicem Bodl.

numero 3385 signatum. Canon hic, sive Synodi Decretum, initio Actionis septimae Concilii Ephesini positus est. Ait Zonaras in Commentario, *Ἐψηφίσατο οὖν ἡ Σύνοδος, τὴν πρόσοδον ἤτοι τὴν προσέλευσιν δεξαμένη τῶν Ἐπισκόπων, τὸ*
5 *ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον ἔχειν τοὺς τῶν Κυπρίων Ἐπισκόπους κατὰ τοὺς Κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν. Ὁ γὰρ λε´ Κανὼν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ὁ τρίτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Συνόδου μὴ τολμᾷν τοὺς Ἐπισκόπους κελεύουσι ποιεῖσθαι χειροτονίας εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐπαρχίας,*
10 *εἰ δὲ μὴ, ἄκυρα μὲν τὰ παρ᾽ ἐκείνων πραχθέντα εἶναι, αὐτοὺς δὲ καθαιρεῖσθαι. Καὶ ὁ ἕκτος δὲ Κανὼν, καὶ ὁ ἕβδομος τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς Συνόδου τὰ ἀρχαῖα ἔθη κᾂν τοῖς Ἀρχιερεῦσι κρατεῖν διατάττονται.*

P. 10. l. 18. *ὅθεν ἐπειδὴ* &c.] Haec priora scripserat
15 ubi supra optimus Interpres Zonaras, *Ὁ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Ἀρχιερεὺς ὑφ᾽ ἑαυτὸν εἷλκε τὰς τῶν Κυπρίων Ἐπισκόπων χειροτονίας, ὡς τάχα τῆς Κύπρου τὸ παλαιὸν τελούσης ὑπὸ τὸν δοῦκα Ἀντιοχείας. Παρὰ γὰρ τοῦ δουκὸς Ἀντιοχείας ἐστέλλετο ἐκεῖ στρατηγός. Διὰ τοῦτο προσῆλθόν τινες τῶν Κυπρίων Ἐπι-*
20 *σκόπων τῇ Συνόδῳ ταύτῃ, λέγοντες τοῦτο αὐτὸ, καὶ δι᾽ ἐγγράφων ἀναφέροντες, ὅτι οὐκ ἐξ ἔθους παλαίου δίκαιον ἔσχεν ὁ Ἀντιοχείας χειροτονεῖν τοὺς Ἐπισκόπους Κυπρίων. Ἐψηφίσατο οὖν ἡ Σύνοδος——συνηθείαν.* Vide quod supra positum est.

P. 11. l. 9. *ταύτην ἀποδιδόναι*] Habent *τοῦτον* Concilia,
25 Canonumque editio princeps, et Ecclesiae Univ. Codex, comprobantibus Codicibus Bodleianis et MSto Lloydiano. Sed tamen *ταύτην* reposui, quod exstat apud Johannem Antiochenum, Tilianique Codicis interpretationem; quodque ad oram Conciliorum, Harduino ei favente, positum est, com-
30 paretque in Beveregii Synodico et Graecorum Pedalio.

Ibid. l. 16. *ἐξουσίας τῦφος κοσμικῆς παρεισδύηται*] Vocem *κοσμικῆς*, quae ad oram Conciliorum posita est, probante et illam Harduino, exstatque in Canonum editione cum Zonarae Commentario junctorum, ego vero addidi, fide in-
35 super Joannis Antiocheni septemque Codicum Bodleianorum nixus.

Ibid. l. 16. *τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ*] Vulgo absunt voces *ταύτῃ καὶ*, quae ad marg. Conciliorum, Harduino quoque probante, adferuntur; exstatque vox *ταύτῃ* in
40 Codice Bodleiano 196, omisso vero *καὶ οἰκουμενικῇ*. Sed infra legitur *πάσῃ* pro *ταύτῃ* in Conciliis et in Canonum prima editione. Hinc interea constat, parum curasse, immo vero fortasse hic irritam facere voluisse, Concilium Ephesinum sententiam de hac re decretoriam Episcopi Romani In-
45 nocentii I, qui annos ante hoc tempus circiter viginti

in Epistola ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, jus eidem Alexandro, quasi dioecesis curatori, vindicaverat ordinandi in Cypro insula Episcopos. Vide Decreta Innocentii Papae, capp. 45 et 46. Porro mansit αὐτοκέφαλος παντελῶς, nulli Patriarchatuum subjecta, etiam undecimo sae- 5 culo haec insula, teste Nilo Doxopatrio, Notitia Patriarchatuum, apud Lemoynaei Varia Sacra, vol. 1, p. 236.

IN

S. CYRILLI ALEXANDRINI

EPISTOLAM SYNODICAM

ANNOTATIONES.

Hanc Epistolam a Dionysio Exiguo ante annos mille ac ducentos Latine redditam transtulit in suam Canonum Collectionem Isidorus Mercator, hac praemissa monitione: 'Incipit Synodus Ephesina prima ducentorum Episcoporum 'habita adversus Nestorium CP. Episcopum, qui purum ho'minem ex sancta Virgine Maria natum asseruit; ut aliam 'personam carnis, aliam faceret Deitatis; nec unum Christum 'in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatum atque se'junctum alterum Filium Dei, alterum hominis praedicaret. 'Convenit autem haec Synodus Theodosio juniore XIII, et 'Valentiniano III, Consulibus, aera CCCCLXVIII. Cui Syn'odo praesedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriae 'Episcopus, qui cum omni Concilio ad eumdem Nestorium haec 'synodalia decreta transmisit. Religioso a Deo amabili con'sacerdoti, Nestorio: Cyrillus vel quicumque sunt apud 'Ephesi Synodum: *Quum Salvator noster aperte pronunciet,* '*&c.*' Haec ille, Ephesino universali Concilio tribuens Epistolam, quae fuit scripta dumtaxat ab Alexandrina Synodo. Quem errorem postea secuti sunt Jacobus Merlinus, Joannes Wendelstinus, Petrus Crabbus, aliique, quos Laurentius Surius, et eruditi postea viri merito reprehenderunt. Quis vero fuerit antiquus illius Epistolae Interpres discimus ex sequenti praefatione ad Petrum Episcopum missa, quam primus ex suo vetustissimo Codice uncialibus literis exarato excudendum formis dedit Christophorus Justellus; ejusque

filius V. C. Henricus Justellus ipsum illud antiquum exemplar cum aliis pluribus humanissime commodavit. PH. LABBE.

Quae hic collocata est Synodi Alexandrinae Epistola a S. Cyrillo conscripta, illam post paulo a Concilio generali 5 Ephesino receptam fuisse ex hujus Actis satis intelligimus. Vide Act. I, p. 1396, vol. I, Concil. edit. Harduin. Idem affirmat Concilium generale Constantinopolitanum II, quae quidem Synodus jussit opusculum Actis suis interserendum, ut patet ex Collat. VI. pp. 156, 162, vol. III, Concil. Harduin. 10 et p. 528, vol. V, Labbe et Cossart. Ubi, quemadmodum in Actis Ephesinis, part. I, cap. 4, illud ipsum Cyrilli opus, sed Latine tantum, cum duodecim illis Capitulis ei adjectis, collocatur. Adde quod in Definitione Fidei Concilii Chalcedonensis, quae infra a me posita est, idem de Concilii Ephesini 15 approbatione cum laude refertur. Confer et Actionem Secundam Concilii Chalcedon. finem versus. Porro frequentissima fuit ipsa Synodus Alexandrina ex omnibus Aegypti partibus collecta, teste Conciliabuli Ephesini Paraphrasi Arabica, p. 1638, vol. I, Concil. Harduin. Sunt quoque celebra- 20 tissima, immo nusquam non a contendentibus inter se partibus, vel oppugnata, vel vindicata, Duodecim illa Capitula, seu Anathematismata adversus Nestorii haeresim, quae huic Epistolae subjunguntur; *veneranda capitula* appellata in Fidei Confessione II, apud Librum Diurnum Romanorum Pon- 25 tificum. Vide Confessionem infra. Plurimae quidem totius Epistolae interpretationes veteres Latinae existunt; sed illa Dionysii Exigui a me addita est, cujus exemplar Codex habet MS. in Labbaei praemonitione commemoratus, venerandae antiquitatis, et Bibliothecae Bodleianae ab Henrico Justello 30 donatus, qui quidem vir cl. Christophori illius filius, prius Parisiis anno 1661 hanc Cyrilli Epistolam ex eodem Codice acceptam ediderat in volumine primo Bibliothecae suae Graecae Canonicae, pag. 175. Ceterum ex Libello Synodico notitiam hujus Concilii praemisi; quam quidem Conciliorum 35 omnium ad nonum prope saeculum Epitomen primus edidit Joannes Pappus, Argentorati, anno Christi 1601.

P. 18. l. 3. *σιωπὴν οὕτω τιμήσαντες τὴν μακρὰν*] Pro verbo *τιμήσαντες* reponendum videtur *τηρήσαντες*, vertente vet. interprete Dionysio Exiguo, *diuturnum silentium—con-* 40 *tinentes.*

Ibid. l. 8. *τοῖς ἐκεῖσε μόνον*] *Μόνοις* ad marg. Conciliorum adpositum est; itidem ad oram editionis Operum S. Cyrilli Alex. Aubertinae, ubi reliquae fere omnes Conciliorum lectiones afferuntur marginales, quae in sequentibus 45

allatae sunt, post Conciliorum Romanam editionem repetitae. Vocem *μόνοις* habet et hujus Epistolae editio princeps apud Acta Synodi Ephesinae Graece Heidelberg. 1591. Ejus autem lectiones variantes humanitati debeo viri reve-
5 rendi Stephani Reay e Bibliotheca Bodleiana, cujus facilitatem, verecundiam, eruditionemque omnes agnoscunt. Eadem exstat scriptura in Codice MS. Regio Parisino, num. 416, qui quidem liber, pariter ac MS. Coislinianus, in gratiam meam cum editione principe collatus est, rem benignis-
10 sime mihi procurante viro cl. J. A. Cramer, S. T. P. Academiae hujus Oratore publico. In Codice autem Coisliniano *μόνον* scribitur.

P. 18. l. 10. *τῶν παρ᾽ ἡμῖν σιωπῆς*] Margo Conciliorum *ταῖς παρ᾽ ἡμῖν σιωπαῖς*, atque ita quidem edit. princeps et
15 MS. Coislin. Sed corrigendum est *τῆς*, etsi *τῶν* exstat in MSto Regio. Vertit, *super nostro silentio* vetus Interpres Dionysius.

Ibid. l. 19. *ἔστω*] Margo Conciliorum *ἔσται*. Ita et editio princeps. Habet *eligitur* Dionysius, sed *ἔστω* firmant Codi-
20 ces scripti Regius et Coislin.

Ibid. l. 25. *καὶ τρίτῳ σοι τούτῳ*] Vide quae inferius in hac sectione sequuntur.

P. 19. l. 4. *καὶ εἰ μὴ τοῦτο δράσειεν ἡ σὴ εὐλάβεια*] In margine Codicis Regii exstat hoc scholium. *Ση.* [*σημείωσαι*] *ὅτι*
25 *καὶ πρὸ τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδου ἀποκόπτεται τῆς κοινωνίας τῶν Ἐκκλησιῶν ὁ Νεστόριος διὰ τὴν αὐτοῦ ἐν πᾶσι κηρυττομένην αἵρεσιν.* Habitum est anno Christi 431 Concilium Ephesinum, et superiore anno Synodum suam Romae celebraverat Caelestinus. Interea quodcunque fecerint adversus Nesto-
30 rium par pari referentes Catholici, id vero pro se et suis quique fideles facere debebant contra illos, quos noverint esse praevaricatores fidei et haeresis patronos.

Ibid. l. 18. *κοινωνικοὶ πάντες ἡμεῖς ἐσμέν*] Pronomen *ἡμεῖς* ex editione principe revocavi, etsi istud non tantum vulgo,
35 sed etiam a MStis Regio et Coislin. abest.

Ibid. l. 20. *ὅτι οἱ* [*σοὶ* vet. Interp. Dionysius] *καλῶς ποιοῦντες ἀντειρήκασι*] Utrumque *οἱ* et *σοὶ* abest a MSto Segueriano. Hoc monitum est in margine Concil. Habet *οἱ καλῶς φρονοῦντες* pro *ποιοῦντες* edit. princeps, sed refraganti-
40 bus MStis Regio et Coislin. Reponendum *σοὶ* pro *οἱ* post vet. Interpretem videtur, vertentem, *qui etiam bene facientes tibi prudentissime resisterent.*

Ibid. l. 29. *ἡρμήνευκας*] Hoc pro *ἡρμήνευσας* ex edit. principe et MS. Coislin. reposui. Proxime ante hunc locum ab-
45 fuisse illud *κατὰ καιροὺς* ante *συναχθείσης* a Codice veteris Interpretis Dionysii videtur.

P. 20. l. 9. *ταῖς γραφείσαις Ἐπιστολαῖς—παρὰ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας*] Exstant apud Concilia duae praeterea solius Cyrilli ad Nestorium Epistolae; quae vix hoc loco designatae viderentur, nisi propter illa superius scripta, §. 11, *καὶ τρίτῳ σοι τούτῳ διαμαρτυρόμεθα γράμματι.* 5

Ibid. l. 23. *ποιηθέντα*] Additum est ad marg. Concil. *δι' οὗ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας.* Ita quidem se habet editio princeps, haud tamen consentientibus MStis Gallicis. Ceterum in articulis superioribus idem servatur ordo, *γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, μονογενῆ,* qui in Symboli Nicaeni exemplo Chalcedo- 10 nensi habetur, a me supra exhibito. Hic quoque Symbolum Nicaenorum Patrum sine additamentis propositum est.

P. 21. l. 6. *αἳ πεποίηνται*] Margo Concil. *ἃς π.* Quam quidem lectionem praestant ed. princeps et MS. Coislin. vetusque Interpres Dionysius; alteram vero *αἳ* MStus Regius. 15

Ibid. l. 20. *φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ*] Particulam *τὲ* ex MS. Regio addidi. Illud *καὶ οὕτω μεμενηκὼς* tu vertas *etiam ita permanens.*

Ibid. l. 23. *παρενεχθῆναι*] Vulgo *παραχθῆναι,* et in marg. Concil. *μετενεχθῆναι,* quod exhibet et edit. princeps et MS. 20 Coislin. sed *παρενεχθῆναι* ex MSto Regio recepi. Firmat id Theorianus in Legatione ad Armenios, verba adducens, p. 170 ed. Basil. Habes infra, §. VIII, *εἰς ἑνότητα τὴν ἀμέριστον συνενηνεγμένος.* Proxime post *ἄστρεπτος* pro *ἄτρεπτος* Conciliorum marg. et MS. Coislin. 25

Ibid. l. 25. *ὢν* [al. *μένων*] Margo Concil. editio princeps, MS. Coislin. vetusque Interp. *μένων* praestant; itidem Theorianus. Hoc autem habet MS. Regius, *παντελῶς ὁ αὐτὸν ὢν μὲν ἀεί.* Sin vero hoc loco *μένων* pro *ὢν* reponendum sit, vicissim post voces *ἐν σπαργάνοις* pro *μένων* foret scribendum 30 *ὢν,* quod ad oram edit. Aubertinae adlitum est.

P. 22. l. 6. *οὔτε συνημμένους*] Margo Concil. *ὡς* pro *οὔτε.* Sic et editio princeps, et MS. Coisl. Neutrum agnoscit aut MS. Regius, aut vetus interpretatio Dionysiana. Fortasse vero legendum est *οὔτε ὡς συνημμένους.* Conferas enim ini- 35 tium capitis proxime sequentis.

Ibid. l. 7. *κενοφωνία*] Vulgo *κοινοφωνία,* favente veteri Interprete; sed ex editione principe et utroque MSto alterum edidi.

Ibid. l. 21. *κατὰ* [*fors.* *ἢ κατὰ*] Excidisse particula *ἢ* ante 40 *κατὰ* videtur. Vertit vetus Interpres Dionysius, *nec talem in ipso habitationem.*

P. 23. l. 1. *τὴν ὡς Θεὸν ἑνότητι*] Vocem *Θεὸν* haud agnoscit MS. Regius, neque Dionysii vetus interpretatio. Confer et §. vii. Omittendum ergo videtur *ὡς Θεόν.* Mox *καὶ* 45 *γοῦν etenim* bene vertit Dionysius.

P. 23. l. 27. ὅσον ἧκεν εἴς γε τὸ πρέπον τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις] Vertit Dionysius, *quanto decenter exinanitionis mensurae congruit;* a Lupo edita Interpretatio, *quantum attinet et decet ad exinanitionis mensuras.*

5 P. 24. l. 8. διατέμνει πάλιν εἰς δύο Χριστοὺς] Addit vetus Interpres Dionysius, *eum qui unus est,* τὸν ἕνα ὄντα.

Ibid. l. 23. ὡς ἔν γε δὴ πρώτῃ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ] Vertit vetus Interpres, *ac primus in sua carne primogenitus ex mortuis fuerit,* tamquam si vocem πρῶτος invenisset. Num rescri-10 bendum est πρωτευούσῃ? Habes Ep. ad Coloss. I, 18, πρωτοτόκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων. Paulo ante idem Dionysius ad literam vertit, *propriae carnis impassibiliter ad se referens passiones.*

P. 25. l. 8. Ἀναγκαίως δὲ κᾀκεῖνο προσθήσομεν] Ab his 15 verbis, quae in Conciliis minus apte cum superioribus posita sunt, incipit novum caput. Sed emendatum hoc video in edit. Aubertina Operum S. Cyrilli, et Garneriana hujus Epistolae, ceteroquin Concilia sequentibus.

Ibid. l. 12. τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυ-20 σίαν] Vulgo quidem hic editur θυσίαν, sed exstat λατρείαν ad marg. Concil. quod positum est in editione principe et in utroque MSto. Vertitque insuper hoc modo Dionysius, quasi invenisset idem vocabulum, *incruentam celebrans in Ecclesiis sacrificii servitutem.* Quidni sic refingatur locus, τὴν 25 ἀναιμάκτου ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίας λατρείαν? Attamen Cyrillus alibi in scriptis suis τὴν ἀναίμακτον θυσίαν per se solam posuit.

Ibid. l. 21. ζωοποιὸν ἀληθῶς] Corpori Dominico derivari vim ejus propriam vivificandi nos ex unitate ejus cum Verbo 30 Divino, S. Cyrillus statuit; neque minus recte scribit Theodoretus, etsi in Reprehensione sua Anathematismorum sequentium sententiam Apollinaris de inanimata carne Christi Cyrillo male attribuit, ἡμεῖς δὲ ζωοποιὸν εἶναί φαμεν τὴν ἔμψυχον καὶ λογικὴν τοῦ Κυρίου σάρκα διὰ τὴν ἡνωμένην αὐτῇ 35 ζωοποιὸν Θεότητα. Vide S. Cyrilli Epist. ad Euoptium, Anath. xi, p. 939, Concil. ed. Labbe.

Ibid. l. 26. τῶν καθ' ἡμᾶς ἑνὸς] Margo Concil. τοῦ pro τῶν. Ita et edit. princeps et MS. Coislin. Sed τῶν firmat MS. Reg.

Ibid. l. 29. τοῦ δι' ἡμᾶς καὶ υἱοῦ ἀνθρώπου γεγονότος] Vulgo 40 particula καὶ additur ante vocem ἀνθρώπου, quam deleri jusseram, lectionem secutus in marg. Concil. allatam, editionem principem, MStum utrumque, et vet. Interpretem.

P. 26. l. 11. παρ' [ἴσ. περὶ] ἑνὸς] Ad oram Conciliorum a Labbaeo primo, ut videtur, positum est, ἴσως περὶ ἑνὸς, cui 45 quidem correctioni etsi propter verum, opinor, loci sensum

consentire cogor, fateor tamen a parte lectionis receptae stare omnes editiones atque interpretes, qui *voces a uno,* scil. Christo, non *de uno,* praestant. Habet quoque MStus Regius παρ' αὐτοῦ; sicut πρὸς αὐτοῦ, quod idem est, ad oramque Conciliorum exstat, in altero MSto reperitur. 5

P. 27. l. 6. σεσαρκωμένη] Corrigendum post tres vet. Interpretationes σεσαρκωμένου, Verbi scilicet incarnati. Alibi quidem, hoc est initio Epistolae ad Eulogium, scribit S. Cyrillus, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην.

Ibid. l. 13. καὶ μὴν καὶ εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα] Haec verba in 10 editione principe uncis inclusa sunt, neque a Dionysio vet. Interprete agnoscuntur, apud quem quidem haec sunt, *et quae a nobis ipsis et per ipsum Deo et Patri incessanter offertur.* Sed praestant ea MS. uterque et Versio a Lupo ex MSto Casinensi accepta. Mox προνέμομεν pro προσνέμο- 15 μεν, editionis principis et MSti utriusque lectio, ad marg. Concil. posita est.

Ibid. l. 17. καὶ αὐτὸ δὴ τὸ χρῆμα] Vulgo καὶ αὐτὸ δὲ χρῆμα. In margine Concil. exstant, καὶ τὸ χρίσμα, et καὶ αὐτὸ δὴ τὸ χρῆμα, quae quidem lectio hic a me revocata in editione 20 principe et MSto utroque posita videtur. Infra habes αὐτὸ χρῆμά ἐστι σοφία καὶ δύναμις, cap. x, fine.

P. 28. l. 9. ποίας οὖν] Πῶς οὖν in marg. Concil. positum est. Sed Dionysius sic vertit, *Qua igitur egeret oblatione?* quasi ποίας invenisset. 25

Ibid. l. 18. ἐκέχρητο τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι] Veriora haec esse quam illa ad oram Conciliorum allata, ἐχρῆτο τῷ ἰδίῳ πνεύματι, etsi exstantia in editione principe, et MSto Coislin. Dionysio interprete favente, ea mihi persuadent quae in nono Anathematismo sequuntur. Porro receptam lectionem 30 praebet MS. Regius.

P. 29. l. 9. Πνεῦμά ἐστιν] Omnia de Spiritu Sancto, quae hoc capite docentur, cum formulis fidei apud Occidentales concordant.

P. 30. l. 2. κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας] Ita interpretatio 35 τῶν ό se habet.

Ibid. l. 5. ἀπελθεῖν] Fors. legendum ἀνελθεῖν. Nimirum in capite secundo Evangelii sui post haec scribit Joannes, μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ, αὐτὸς καὶ ἡ μητὴρ αὐτοῦ, comm. 12. Quum vero verbum ἀπελθεῖν saepius legatur in 40 Evangeliis, de hac re nil affirmaverim.

Ibid. l. 12. δίχα δόλου παντὸς] Margo Concil. λόγου pro δόλου. Ita et MS. Regius. Verum lectionem receptam tuetur MS. alter. Vertitque Dionysius vetus Interpres, *citra omnem fucum ac dolum.* 45

P. 30. l. 14. τῇ ἐπιστολῇ] Post haec verba, *Quae vero religio tua anathematizare necesse est, huic epistolae nostrae subjecta sunt*, Interpres addit, *quod si minime eisdem subjectis, sententiam consequeris.*

5 Ibid. l. 25. ἤγουν αὐθεντίαν ἢ δυναστείαν] Habet Conciliorum contextus, αὐθεντίᾳ ἢ δυναστείᾳ, sed ad marg. lectione altera collocata. Quae recepta a me scriptura in edit. principe, in MSto utroque Gallico, simul atque in Canonum exemplo, Cod. Barocc. 158 Anathematismos hosce continente, 10 exstat. Quinetiam lectio eadem in exemplis reperta est Anathematismorum quae ante horum Explicationes, et Apologiam pro illis, Theodoretique Reprehensiones eorundem, posita videntur. Haec tria opuscula in Conciliis exstant, tom. III. ed. Labbe, pp. 813, 827, 902. Consulas et Dionysii 15 interpretationem his subjectam, atque ipsum initium cap. quinti.

P. 31. l. 8. ὡς Υἱὸν ἕνα καὶ φύσει] Vulgo ὡς Υἱὸν pro καὶ Υἱὸν, sed καὶ utpote lucidius reponi jusseram ex Cyrilli Anathematismorum Explicatione, et Theodoreti eorundem Reprehensionibus, modo memoratis.

20 Ibid. l. 18. εὐδοξίαν] Concil. margo ἐξουσίαν, sed lectionem receptam omnibus fere agnoscentibus.

Ibidem. ὡς ἑτέρῳ παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντι] Conciliorum context. ὡς ἕτερον παρ' αὐτὸν ὑπάρχοντα, sed lectione altera in 25 marg. posita, quam quidem lectionem consentientibus libris fere omnibus revocavi. Additum est αὐτῷ τῷ ante verbum περιῆφθαι in Codd. duobus, Bodleiano, Cod. Roc. 22, et Barocc. 158.

Ibid. l. 20. Εἴ τις τολμᾷ λέγειν] Concilia τολμήσει, sed lec- 30 tione altera, quam bis supra habes, ad marg. posita; eamque propter librorum consensum revocavi. Mox in marg. Concil. συγχρηματίζειν Θεῷ positum est; sed in omnibus, praeter MS. Barocc. 158, reperi Θεόν.

Ibid. l. 29. τῇ δι' αὐτοῦ χρώμενον] Praestant quidem τῇ 35 ἰδίᾳ αὐτοῦ χ. tria illa opuscula supra memorata, in quibus hi Anathematismi exstant; lectionem vero receptam non tantum Concilia, MS. uterque Gallicus, et Dionysius vetus Interpres, tuentur, sed etiam S. Cyrilli haec verba in Responsione ad Theodoretum, Anath. ix. ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει 40 κεχρῆσθαι τῇ διὰ τοῦ Πνεύματος, p. 928 Concil. edit. Labbe. Desunt voces τῇ δι' αὐτοῦ in edit. principe Epistolae.

P. 32. l. 19. θείαν ἐνοίκησιν] Margo Concil. θείαν οἰκείωσιν, quae quidem lectio haud alibi a me reperta est. Θείαν ἐνοίκησιν habes supra in cap. 7. Deficit vox θείαν in Explica- 45 tione Capitulorum seu Anathemat. p. 826 Concil. ed. Labbe.

IN

DIONYSIANAM INTERPRETATIONEM

ANNOTATIO.

P. 33. l. 10. studia a parvulo mihi depensa] Vulgo abest praepositio *a* ante *parvulo*, quam praebuit mihi MStus Justelli nunc Bodleianus, ex quo haec Praefatio atque ipsius Epistolae Interpretatio ab Henrico Justello desumptae sunt. Ad verbum *depensa* quod attinet, alia derivativa primitivi *dependo* infra sequuntur.

Ibid. l. 18. adnexa capitula] Vulgo *admixta*. Praestat MS. *adnixa*.

Ibid. l. 20. veneratorem vestrum] h. e. tui cultorem.

P. 34. l. 4. audeant [*fors.* adeant] Postquam rescivi voces quas conjectura admittendas proposueram, *adeant* pro *audeant*, et in lin. 15 *nullatenus* pro *nulla*, in Conciliorum editione Harduina jam ante exstitisse, jussi, sed nimis sero, in contextum has duas voces recipi, ex quibus *nullatenus* in Epistolae sequentis interpretatione nobis saepe occurrit. Item post haec, particulae *non* addere *enim* volebam, p. 36, l. ult., fide aliorum exemplorum nixus.

Ibid. l. 18. sub hac istorum nominum occasione] Vulgo *hominum*. Ex MSto correxi. Nam ex ipsa Epistola, cap. 4 et alibi, constat, sequentia haec verba significari, *dignitate quadam et auctoritate, necnon et relatione.*

Ibid. l. 23. Beatitudinis vestrae Catholicae pacem redintegrare propitius] Fors. *Beatitudini* scribendum, dum in voce *Catholicae* more scriptorum Graecorum Ecclesiasticorum subauditur *Ecclesiae*. Fine ipso excidisse videtur vox *Deus*.

P. 35. Incipit S. Cyrilli] Praefixum est in MSto Bodleiano, *Incipit Epistola Sancti Cyrilli Alexandrini Episc. directa Nestorio quondam Constantinopolitanae urbis Episc. duodecim continens anathematismati capitula. Domino ——salutem.*

P. 36. l. 8. vitatur] Graeca habent, ἠρημείτω. Forsan reponendum est, *quietatur*, verbum quod a Prisciano agnosci Lexica referunt.

P. 38. l. 10. carnis—essentiam] Haec verba, quae desunt 5 in Justelli editione atque in ipso MSto, cum in aliis exemplis editis, tum in Conciliis, posita sunt.

P. 39. l. 11. conjunctione qualibet ut &c.] Vide quae ad Graeca adnotavi.

P. 40. l. 17. Evidenter enim denegat unitatem] Habent 10 *dividit* pro *denegat* Justelli editio et MS. Sed cum Graecis faciunt tam alia exempla quam Concilia.

P. 43. l. 20. pro quo si esset,] Voces, ἐφ' ᾗπερ ἂν γένοιτο, cap. 9, p. 28, imperite vertit Interpres.

P. 44. l. 10. idem sapiens et potens] Ex MSto posui *et* 15 pro *aut*, convenienter cum Graecis, σόφον τε καὶ δύνατον.

P. 45. l. 11. quod si——consequeris] Nesciunt haec et Graeca et alia Latina exempla. In hoc quoque Bodleiano MSto praemissum est istud Capitulis seu Anathematismis, *Cyrillus Episcopus dixit*, et fine eorum additum est, *Exp.* 20 [explicit] *Epist. Sancti Cyrilli.*

P. 46. l. 31. sicut et Patris] Abest istud a Graecis et aliis exemplis.

IN

CANONES CONCILII CHALCEDON.

ANNOTATIONES.

Concilii Chalcedonensis] Edmundus Richerius, Hist. Concil. Generalium, vol. I, p. 333, ineunte cap. 8, ‘Quar- 5
‘tum Concilium generale vocatur Chalcedonense, quod est
‘indictum et convocatum ab Imperatoribus Valentiniano
‘et Marciano circa annum 451; in eoque sexcenti et tri-
‘ginta Patres sedisse dicuntur.——Eutyches Archiman-
‘drita seu Abbas monasterii CPtani, nescio quo vanitatis 10
‘et gloriae studio, quum ab haeresi Nestorii supra modum
‘videri vellet abhorrere, censeretque idem esse duas in
‘Christo naturas post unionem Verbi cum humanitate, ac
‘duas personas agnoscere, pertinaciter asseruit Christum
‘post unionem naturae divinae cum humana, unicam tantum 15
‘habuisse naturam; *Confiteor*, ait, *ex duabus naturis fuisse*
‘*Dominum nostrum ante adunationem, post vero aduna-*
‘*tionem unam naturam confiteor*: actione prima Synodi
‘Chalcedonensis.’ Haec ille. Affertur quidem numerus sexcentorum et triginta Patrum in titulo Canonum Chalce- 20
donensium, qui Graecorum Canonum editionibus praefixus est; neque alium praestat numerum vel in Canone suo sexto Trullana Synodus, vel Liber Diurnus Romanorum Pontificum infra positus. At vero in ipsius Concilii Chalcedonii ad Leonem M. Epistola sacerdotum tantum 520 numerus 25
agnoscitur. Vid. p. 656 tom. II Concilior. ed. Harduin.

CANON II.

P. 53. l. 10. Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι &c.] Canonem hunc exscripsit Concilium Nicaenum Secundum in Canone V. Affertur porro hujus Concilii Chalcedonensis regula, *Quod* 30
non debeant officia ecclesiastica per pecunias ordinari, in Theodori Archiepiscopi Cantuariensis Poenitentiali, capitul.

liii. Omisit interea *Chorepiscopum* vetus Interpres Latinus, forsan ob decrescentem temporibus ejus numerum hujus ordinis.

P. 53. l. 15. ἔκδικον] De hujus officialis munere, *Defensoris*
5 a Latinis Interpretibus dicti, haec inter alia scripsit cl. Beveregius Annotationibus ad Canon. hujus Concilii XXIII, 'Prima ecclesiasticorum *Defensorum* origo a politicis de-'ducta videtur. Quum singulae enim in imperio Romano 'civitates defensores suos habuerint, Ecclesiis ibidem consti-
10 'tutis visum est tales etiam sibi officiales ab Imperatoribus 'impetrare. Et quidem eos ab Imperatoribus primo impe-'tratos fuisse ex Syn. Carthag. Can. 78 abunde constat. 'Editus est iste Canon a Concilio Carthaginensi anno 398, '*Ab Imperatoribus universis visum est postulandum prop-*
15 '*ter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine inter-*'*missione fatigatur Ecclesia, ut Defensores iis adversus* '*potentias divitum cum Episcoporum provisione delegen-*'*tur.*' Post haec addit Beveregius, hos Defensores non proprio, sed Episcoporum quorum vices suppleverunt, nomine
20 causas discussisse et lites decidisse, haud alia ratione, quam hodie Episcoporum Cancellarios.

Ibidem. προσμονάριον] De hoc officiali, quem exceptis Conciliis omnes fere Canonum Collectiones, omnesque Codices Bodleiani, παραμονάριον vocant, consulas Beve-
25 regium, qui inter alia ait in Annotationibus ad hunc Canonem; 'Παραμονάριοι hoc in loco hujusmodi fuisse '*Villici* videntur, qui nimirum possessiones et pecunias, 'praecipue ad monasteria, *monas* dicta, pertinentes admi-'nistrarunt et dispensarunt.' Dionysiana Versio vocem
30 omisit.

CANON III.

P. 54. l. 8. διὰ αἰσχροκερδίαν] Vocem οἰκείαν, quae apud Concilia hic additur, omisi, ceteris Canonum Collectionibus cum Graecis tum Latinis Bodleianisque Manuscriptis ig-
35 notam.

Ibid. l. 13. ἡ ἁγία καὶ μεγάλη Σύνοδος] Voces καὶ μεγάλη restitui, quas, refragantibus ceteris, Concilia et Tiliani Codicis interpretatio omiserunt. Mox istud jam factum vidi in novissima Conciliorum editione Mansiana.

40

CANON IV.

P. 55. l. 14. μηδένα μὲν μηδαμοῦ] Particula μὲν reposui, quam ceteris opposita respuerant Concilia et Joannes Antiochenus in Collectione Canonum.

CANON V.

P. 56. l. 13. *Περὶ τῶν μεταβαινόντων*] Particulam *δὲ* post *περὶ* omisi, quam habent Concilia, refragantibus ceteris libris, scriptisque Codicibus Bodleianis.

Ibid. l. 14. *τεθέντας*] Hoc verbum, quod abfuerat a Conciliis usque ad Mansianam, vel fortasse illam Coletinam, editionem, ex ceteris cum excusis tum scriptis adjeci. 5

CANON VI.

Ibid. l. 18. *Μηδένα ἀπολελυμένως*] Habent *δὲ* post *μηδένα* Concilia, quod ceteris omnibus jubentibus omisi. Mox voci *ἐκκλησιαστικῷ* articulum *τῷ* praefixi, suasu earundem Canonicarum Collectionum. Idem vero facere, ut patet, Mansius cogitabat, etsi non fecit. 10

P. 57. l. 2. *μαρτυρίῳ*] *Ναῷ, τῷ εἰς μάρτυρος οἱουδήτινος ὄνομα ᾠκοδομημένῳ.* Zonaras in Commentario. Itaque Martyrium templum est, sive sacellum, martyri cuidam dedicatum, et Ecclesiae principali subjectum, quod quidem patet ex verbis Canonis X.—*τῶν ὑπ' αὐτὴν* [Ecclesiam] *μαρτυρίων ἢ πτωχείων, ἢ ξενοδοχείων.* 15

CANON VII. 20

Ibid. l. 8. *μονάσαντας*] Habent libri omnes praeter Concilia *μοναστάς.*

CANON VIII.

Ibid. l. 14. *καὶ μαρτυρίων*] Voces has addidi, quas exhibebant omnes praeter Concilia Canonum Collectiones. Mox his suadentibus voces *τὴν ἐξουσίαν* ante illas *τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει Ἐπισκόπων* collocavi, quas post *Ἐπισκόπων* Concilia minus commode praestant. Denique, iisdem libris jubentibus, verba, *καὶ μὴ κατὰ αὐθάδειαν ἀφηνιάτωσαν τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου,* reposui pro illis quae habent Concilia, *καὶ μὴ καταυθαδιάζεσθαι ἢ ἀφηνιᾶν τοῦ ἰδίου Ἐπισκόπου*; sed huic tamen lectioni favet vetus Interpres Dionysius. Postquam haec scripseram, voces *καὶ μαρτυρίων* vidi additas in editione Mansiana Conciliorum. 25 30

CANON IX. 35

P. 58. l. 11. *βούλωνται*] Scripturam hanc librorum omnium praeter Concilia, cum excusorum tum scriptorum, alteri lectioni *βούλεται* praeposui.

Ibid. l. 17. *τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως*] Quum de regimine ecclesiastico vox usurpatur, diversa significat prout cum diversis nominibus conjungitur. Nam *ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας* est 40

Metropolita, quippe qui provinciae praeest. Synodus Sardicensis, Canone VI, διὰ γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου ἐπαρχίας, λέγω δὲ τοῦ Ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως. Praesenti autem et decimo septimo hujus Concilii Canone, mentio fit ἐξάρχου τῆς 5 διοικήσεως. Quum autem διοίκησις ad Patriarcham proprie spectet, ut ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας idem est ac Metropolita, sic ἔξαρχος τῆς διοικήσεως idem qui Patriarcha sit, necesse est. Et hinc est, quod Justinianus Imperator, ecclesiasticam hanc sanctionem sua etiam auctoritate confirmans, pro Exarcho 10 Patriarcham dioeceseos substituit: 'Si vero,' inquit, 'contra 'Metropolitam talis aditio fiat ab Episcopo aut clero aut 'alia quacunque persona, dioeceseos illius beatissimus Patri'archa simili modo causam judicet.' Novel. 123, c. 22. Sic etiam vocem hanc interpretatus est Alexius Aristenus, παρὰ 15 τῷ Ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως, ἤτοι τῷ Πατριάρχῃ, ὑφ' ὃν τελοῦσιν τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων μητροπολῖται. Unde Zonaras, ἐξάρχους δὲ τῶν διοικήσεων τοὺς Πατριάρχας εἶναι φασὶν, sed statim subjungens, ἄλλοι δὲ τοὺς Μητροπολίτας. Sic quidem opinatus est Balsamon, cui ἔξαρχος τῆς διοικήσεως idem est, ὁ τῆς 20 ὅλης διοικήσεως Μητροπολίτης, nimirum ac si Metropolita aliquis praeter Patriarcham toti dioecesi praeesset, quod inauditum est. BEVEREG. Exarchi quidem dioecesium Aegypti atque Orientis Patriarchae dicti sunt; sed plures dioeceses ad patriarchatum CPtanum pertinebant, quibus singulis 25 praesidebant Ἔξαρχοι, nusquam, quod sciam, Patriarchae nominati; nisi generaliter quidem in Justiniani Novellis supra allatis. Fuere tamen temporibus recentioribus in aliis imperii partibus vel dioecesium vel provinciarum Exarchi, qui praeter quinque illos Patriarchas hoc nomine 30 appellari coeperint. Cum hoc Canone confer secundum Concilii CPtani, et decimum septimum et vicesimum octavum hujus Concilii.

Insuper hic notabo, non sedem tantum CP. ab hac Synodo honore auctam fuisse, sed et Hierosolymitanam, ad quam 35 pertinere provincias dictas tres Palaestinas, a sede Antiochena disjunctas, hi Patres decreverunt. Jus primatus in has provincias habebat hic Praesul, Patriarcha postea, quomodo quatuor illi, appellatus; etsi unus ex earundem provinciarum Metropolitis, Episcopus Caesariensis sedis Hiero- 40 solymitanae, ut indicatum est in Canone septimo Nicaeno, Metropolita exstiterit. Porro ex Beveregii quidem sententia in adnotatione ad illum Canonem, ἡ ἀκολουθία τιμῆς huic sedi ibidem attributa solum significat honorem Hierosolymae Episcopo assignatum post Metropolitanum suum Episcopum 45 Caesariensem, qualis Nicaenae sedi post veterem Metropoli-

tanum Nicomediensem a Concilio hoc Chalcedonensi in decima tertia Actione ejus conceditur. Quidquid vero de *ἀκολουθίᾳ τιμῆς* statuendum est, quam exponunt, ut alibi dixi, de ordine hujus Praesulis post tres alteros Episcopos in Canone sexto Nicaeno commemoratos, Romanum, Alexandrinum, Antiochenum, antiqui Interpretes, certe videntur verba proxime ante posita, *συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ Ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι*, in ampliorem quidem ac latiorem sensum accipi oportere, ut honor ubique et semper huic sedi datus intelligatur.

CANON X.

P. 59. l. 2. *ἐν δύο πόλεων κατὰ τὸ αὐτὸ καταλέγεσθαι Ἐκκλησίαις*] Voces *κατὰ τὸ αὐτὸ*, consentientibus omnibus praeter Concilia, sic collocavi, non post *Ἐκκλησίαις*. Sed male *κατ' αὐτὸν* Canonum editio princeps aliaeque pariter exhibent.

CANON XI.

P. 60. l. 2. *τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχεσθαι προσώποις*] Dionysius Exiguus habet *honoratioribus personis*. Conferas not. infra ad Canon. XXI. Concilia, in quibus minus commode *μόνοις* post *οὖσιν* posita est vox, ex ceteris correxi.

CANON XII.

Ibid. l. 5. *Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς*] Ut veram hujus Canonis occasionem et genuinam exinde illius intelligentiam clarius assequamur, imprimis tenendum est, controversiam inter Photium Tyri et Eustathium Beryti Episcopum in hoc Concilio actione quarta agitatam, praecipuam huic condendo Canoni materiem praebuisse. Enimvero Tyrus olim Phoeniciae metropolis fuit, et inter alias propterea urbes in eadem provincia constitutas, Berytum sibi subjectam habuit. Verum Eustathius Beryti Episcopus ab Imperatore Theodosio impetraverat, ut dicta Phoeniciae provincia in duas divideretur, et una illius parte Episcopo Tyri, vero Metropolitae, reservata, altera sibi concederetur, cujus ipse Metropolitanus esset, quaque Episcoporum ordinationes celebraret, et reliqua metropolitica jura solus exerceret. Urbes tunc temporis a Tyriorum metropoli rescissae erant Byblos, Botrys, Tripolis, Orthesiades, Arcae, et Amaridos. Haec provinciae illius divisio ab Imperatore impetrata, etiam a Synodo quadam Episcoporum Constantinopoli habita, confirmata est, cujus decreto etiam Photius Tyri Metropolitanus subscripsit quidem, sed invitus, nec sine excommunicatione ei a Concilio intentata, nisi consentiret. Ac proinde Marcianum postea Imperatorem, libello oblato

supplex oravit, ut pragmatica sua forma ad praefectos suos et ad praesens Concilium Chalcedonense missa, curaret ut pristina metropoli suae jura juxta ecclesiasticos Canones restituerentur. Marcianus causam ad Concilium refert, et 5 per judices, sive magistratus suos, qui praesentes erant, Patres ibi congregatos certiores facit, sibi non placere ut Episcoporum negotia juxta pragmaticos typos, sed juxta leges ecclesiasticas administrentur.——Judices paulo post rogarunt, ut Canones de hac re legerentur, et lectus est 10 quartus Concilii Nicaeni. Ex cujus praescripto judices dixerunt, quod Photius Tyri Metropolita omnem ordinandi potestatem in omnibus primae Phoenices provinciae civitatibus haberet, et Eustathius Beryti Episcopus e sacro pragmatico typo, quem obtinuerat, nihil amplius sibi vindi-15 caret, quam reliqui Episcopi ejusdem provinciae.—Huic definitioni tota Synodus consensit. BEVEREGIUS. Vide infra quae ex Canonum edit. principe desumpta Canoni XXIX praemittuntur.

Ibid. l. 6. *διὰ πραγματικῶν*] Voci *πραγματικῶν* addunt 20 *βασιλικῶν*, quod ejus interpretamentum est, Concilia; id vero nesciunt Canonum collectiones et quatuor Codices scripti Bodleiani; immo olim aberat idem a Codice 205, nam diversa manu ibi superscripta est vox *βασιλικῶν*. Ait Balsamo in Comm. *τὰ βασιλικὰ προστάγματα, πραγματικοὶ τύποι* 25 *λέγονται*. Cum hoc Canone undecimo decimus septimus conferri meretur.

CANON XIV.

P. 61. l. 9. *πρσάγειν*] Hoc posui pro *προοσάγει*, Conciliorum lectione, ceteras collectiones secutus; nisi quod in 30 duobus Codd. Bodleianis, 715 et 625, olim Rawlinson. *οὕτω προσαχθέντας* pro *προσάγειν αὐτὰ*, sed minus bene, legitur. Nimis autem ad literam verba Graeca vertit Dionysius interpres, *si quidem praeventi sunt, ut ex se genitos apud haereticos baptizarent;* quum contrarium quid significetur, 35 nimirum, si prius baptizaverint liberos suos apud haereticos, adducendos eos ad Ecclesiae communionem, manu iis imposito, ut mos tum fuit, Episcopi.

Ibid. l. 12. *μήτε μὴν συνάπτειν πρὸς γάμον* &c.] Eadem omnibus vetantur in Canonibus XV et XVI Eliberitanis.

40 Ibid. l. 13. *εἰ μὴ ἄρα ἐπαγγέλλοιτο μετατίθεσθαι*] Dum habent Concilia tantum *εἰ μὴ ἐπαγγέλλοι μ.* ceteros libros secutus sum. Nunc vero hoc factum esse video in novissima editione Conciliorum.

Ibid. l. 17. *κανονικῷ ὑποκείσθω ἐπιτιμίῳ*] Pro his verbis

exstat in Conciliis *κανονικῶς ὑποκείσθω*; sed ad marg. adnotatum est '*ἐπιτιμίῳ κανονικῷ ὑπ.* ex Latino.' At vero omnium Graecarum quoque Collectionum scriptura est *κανονικῷ ὑποκείσθω ἐπιτιμίῳ*, favente Dionysii Versione Latina. Est alia praeterea lectio, *κανονικοῖς ὑποκείσθω ἐπιτιμίοις*, quae 5 in Codicibus Bodleianis 158 et 185 exstat, cui patrocinantur Isidori versio Latina, Codicisque Tiliani interpretatio Hervetiana. Sed haec hactenus. Praeeunte Concilio Eliberitano, prohibebantur non tantum clerici, sed etiam laici Canone decimo Laodiceno liberos suos matrimonio conjungere cum 10 haereticis, vel, prout additur in Canone ejusdem Concilii tricesimo primo, tale matrimonium ipsi contrahere. Ad poenam vero quod attinet, habes supra in Canone octavo Concilii hujus Chalcedonensis verba his similia, *τοῖς τῶν κανόνων ὑποκείσθωσαν ἐπιτιμίοις*. At quibus censuris? Jubet quidem Canon Eliberitani Concilii decimus quartus, 'Si 15 'contra interdictum fecerunt parentes, abstineri per quin-'quennium placet.' Sed videntur poenae istae non semper et ubique eaedem exstitisse. Cons. Binghami Eccles. Christianae Antiquitat. lib. XXIII, cap. ii. §. 1.

CANON XV. 20

P. 61. l. 19. *Διάκονον*] Habent *Διακόνισσαν* Concilia, faventibus quidem Latinis Isidori, Dionysii, Codicisque Tiliani interpretationibus; sed *Διάκονον* praetuli, quod praestant Graecae Canonum Collectiones, omnesque Codices quos contuli Bodleiani. Conferenda haec sunt cum Apostoli prae- 25 ceptis de viduis in priore ejus ad Timotheum Epistola, cap. v, 3—13.

CANON XVII.

P. 62. l. 14. *ἀγροικικὰς παροικίας ἢ ἐγχωρίους*] Voce quidem *παροικίᾳ* saepius olim significabatur, quae dioecesis nunc 30 dicitur Episcopi; interdum vero, ut hodie fit, locus in quo degebant homines plures, vel pauciores, cum Ecclesia; iidemque, vel a Chorepiscopo vel a Presbytero sub Episcopo urbis gubernati. Ita Theodoretus, in Epistola ad Leonem M., octingentas Ecclesias, quas et *παροικίας* appellat, in Epi- 35 scopatu suo Cyrensi exstitisse affirmat. Vid. Theodoreti Epist. iii. Ait Zonaras, *Θεσπίζει τοίνυν ὁ Κανὼν οὗτος τὰς παροικίας ἀπαρασαλεύτους εἶναι παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς, κἂν ἀγροικικοὶ εἶεν, κἂν ἐγχώριοι, τὰ αὐτὰ σχεδὸν τῇ τῆς τρίτης Συνόδου ψήφῳ τῆς ἐν Ἐφέσῳ κελευούσῃ*, [fors. *κελεύων*] *πλὴν* 40 *ὅσον ἐκείνη μὲν περὶ ἐπαρχιῶν καὶ ἐνοριῶν μειζόνων διετάξατο, ἐν αἷς καὶ Ἐπίσκοποι ἐχειροτονοῦντο· αὕτη δὲ περὶ παροικιῶν, αἵ τινες εἶεν ἂν ἐνορίαι μικραὶ καὶ οὐ πολυπληθεῖς, ἃς εἰς ἀγροι-*

κικὰς καὶ ἐγχωρίους διαιρεῖ. Ἀγροικικὰς μὲν οὖν φασὶν εἶναι τὰς ἐν ἐσχατίαις κειμένας καὶ ὀλίγους ἐχούσας τοὺς ἐν αὐταῖς οἰκοῦντας, ἃ καὶ μονοίκια λέγονται· ἐγχωρίους δὲ τὰς ἀγροῖς καὶ κώμαις πλησιαζούσας, καὶ πλείονας τοὺς κατοίκους ἐχούσας.
5 Canonem Ephesinum ultimum respicere Zonaras videtur. Exponit autem haec Scholium in Codice Amerbachiano ad hunc Canonem Chalcedonium quod attulit Beveregius, de agris, quorum ut inutilium et vilium, neglectui habitorum, non tantam curam gessisse Episcopum qui eos praeoccupa-
10 visset, verisimile est. Atque ita in Commentario ad Canonem XXV Concilii Trullani, quo confirmatur Canon hic Chalcedonius, de ecclesiasticis agris seu possessionibus haec Zonaras interpretatus est. Hae enim parochiae, sive possessiones, ut vocem ἐγχωρίους vertit Dionysius Exiguus, civium praedia fuisse, in quibus incolae agebant, videntur.
15 Etiam κώμην in Canone sexto *possessionem* similiter reddit idem interpres. Horum autem vicorum Episcopos, seu usitatius dictos Chorepiscopos, Ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν appellat Synodus Antiochena contra Paulum Samosatenum in Epistola Synodica apud Eusebium H. E. VII. 30. Ceterum ultima pars hujus Canonis tamquam cum prioribus con-
20 juncta censenda est, et cum Canone duodecimo conferri meretur.

P. 62. l. 18. γεγένηταί τις, ἢ γένοιτο] Γένηται pro γένοιτο Concilia habent, cui quidem lectioni favent Isidori et Dionysii Interpretationes, priscaque apud Justellum Versio;
25 sed γένοιτο, quod praetuli, praestant omnes Canonum Collectiones Graecae excusae, et Codices Bodleiani quinque, Tilianique Codicis Interpretatio. Mox scribunt ἐξάρχῳ, quod usitatius est, pro ἐπάρχῳ Collectiones istae et Codd. Bodleiani omnes.

30 P. 63. l. 6. καθὰ προείρηται] Canone IX, ubi haec annotavit Justellus, 'Tres olim erant Episcoporum gradus, Episcopi scilicet civitatum, Metropolitani provinciarum, Exarchi dioeceseon, ut ex hoc Canone constat, et Can. XVII 'infra. Sic in Concilio Antiocheno II, inter Acta Concilii
35 'Chalcedononsis tom. II, Domnus 'Antiochiae Episcopus,' Exarchus dioeceseos orientalis dicitur. Exarchi autem dioeceseon sunt Patriarchae, quibus integrae dioeceses erant attributae. Id testatur Zonaras ad hunc Canonem: Ἐξάρχους 'δὲ τῶν διοικήσεων, τοὺς Πατριάρχας εἶναι φασίν.' Vid. supra
40 not. ad Can. IX.

CANON XVIII.

Ibid. l. 15. ἢ συνομνύμενοι] Particulam ἢ, quam omittunt

Concilia, praestant Canonum Collectiones et Bodleiani libri omnes.

CANON XIX.

P. 64. l. 4. κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων Πατέρων κανόνας] Adi Canonem quintum Synodi Nicaenae. 5

CANON XX.

Ibid. l. 14. καθὼς ἤδη ὡρίσαμεν] Canonibus v, viii, x.

P, 65. l. 1. δέξηται] Exstat δέξηται, quod praetuli lectioni Conciliorum δέξεται, apud Joannem Antiochenum et in Cod. MS. Bod. 158. Δέξοιτο habent, sicut infra ἐπανέλθοι pro 10 ἐπανέλθῃ, multae Canonum Collectiones et sex scripti Bodleiani. Δέξεται in uno tantum Codice num. 205 signato scribitur.

CANON XXI.

Ibid. l. 7. προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν] Voces εἰς κατηγο- 15 ρίαν, quae in Conciliis desunt, recepi, fide nixus non tantum Graecarum Collectionum tam scriptarum quam editarum, sed etiam Latinarum Interpretationum, excepta prisca Versione apud Justellum.

Ibid. l. 8. αὐτῶν ἡ ὑπόληψις] *Existimatio eorum.* Supra 20 in Canone xi vocibus τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει προσώποις significantur *viri honestiores.* Glossae Vet. habent, Ὑπόληψις, *opinio, existimatio. Existimatio,* ὑπόληψις, διατίμησις. De eo quod hoc Canone cautum est, conferas Canonem sextum CPtanum. 25

CANON XXII.

Ibid. l. 13. τοῖς πάλαι Κανόσιν] Vetitum hoc erat Canone decimo quinto Ancyrani Concilii, aliisque praeterea, quos indicant Zonaras et Balsamo ad hunc Canonem Chalcedonium. De locutione τὰ διαφέροντα vide supra, tom. i, p. 411. 30

CANON XXIII.

Ibid. l. 16. εἰς τὰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας Συνόδου] Articulum τὰς, qui ante ἀκοὰς in Conciliis, Canonumque editione principe, omissus est, suasu ceterarum Canonum Collectionum et quinque Codicum Bodleianorum adjeci. 35

P. 66. l. 10. καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι] Vocem ἐκδίκου, *defensoris*, quae a Conciliis ante editionem novissimam abfuerat, praestant ceterae Canonum Collectiones omnesque Codices scripti Bodleiani. Competebat

autem Ecclesiae CPtanae defensori clericos et monachos aliis Ecclesiis subditos ex urbe vi expellere, vel officii sui privilegio, vel propterea quod Concilii hujus Canones auctoritate imperiali sanciti fuerunt. Cons. Photii Nomocanon. tit. viii,
5 2, ii, 4. De munere vero defensoris vide quae ex Beveregio supra ad Canon. II desumpsi. Is censet eosdem esse Episcoporum Cancellarios hodiernos atque hos *ἐκδίκους*, qui et *πρωτέκδικοι* et *ἐκκλησιέκδικοι* dicti.

CANON XXIV.

10 P. 66. l. 18. *ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν Κανόνων ἐπιτιμίοις*] Praepositionem *ἐκ* jam hoc loco reposui ex Canonum Collectionibus Graecis, Isidorique Versione Latina, et septem Codicibus Bodleianis, sed duobus ex illis *τῶν Κανόνων* in *τοῦ Κανόνος* mutantibus. Solus Codex 205, prout Concilia, omit-
15 tit praepositionem; nunc vero quod feci, id jam factum in novissima Conciliorum editione Mansiana video. Ceterum de Canonum poenis, quaenam fuerint, inquirenti, occurrit Balsamonis commentarius, constituta quaedam Synodorum posteriorum adducens, quibus ii, qui sacra profana seu com-
20 munia fecerint, si modo sacerdotes essent, deberent deponi, laici vero et monachi segregari a fidelibus. Exstitit et ante Synodum Nicaenam Canon decimus quintus Ancyranus pro rerum ecclesiasticarum revocatione prudenter conditus. Conferas not. supra ad Canon. XXII.

25

CANON XXV.

Ibid. l. 20. *Ἐπειδήπερ*] Habent *ἐπειδὴ δὲ* Concilia; scripturam vero praetuli ceterarum Canonum collectionum, quae septem Codicibus Bodleianis firmatur. Codex qui restat, 205, quo uno ex Bodleianis usus est Beveregius, quemque
30 hoc loco secutus esse videtur, *ἐπειδὴ* sine *δὲ* exhibet.

P. 67. l. 7. *ἐκκλησιαστικῷ*] *Κανονικῷ* Concilia habent, sed ceteri libri cum Graeci tum Latini alteram vocem tuentur; tantum quod Bodleiani nonnulli *ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις* praestant.

35 Ibid. l. 8. *σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας φυλάττεσθαι*] Ita omnes praeter Concilia, quae habent *σώαν φυλάττεσθαι παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς Ἐκκλησίας*, sine *αὐτῆς*, quod omisit et Codicis Tiliani interpretatio.

CANON XXVI.

40 Ibid. l. 17. *τὰ τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας*] Vocem *αὐτῆς*, in Conciliis, Dionysii Exigui interpretatione, Beveregiique Syno-

dico omissam, ex ceteris libris editis et saltem quatuor Manuscriptis Bodleianis recepi.

CANON XXVIII.

P. 68. l. 9. ΨΗΦΟΣ τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου—πόλεως] Qui exsulat titulus a Conciliis aliisque libris, hunc quidem ex Ca- 5 nonum editione principe reduxi librisque scriptis Bodleianis et MSto Lloydiano.

Ibid. l. 14. τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα Κανόνα] Canonem tertium CPtanum.

Ibid. τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα] Posuit Gentianus Herve- 10 tus, cujus est Latina his subjecta Interpretatio, *centum et viginti*, tanquam si εἴκοσι pro πεντήκοντα in Codice Tiliano invenerat.

Ibid. l. 15. τῶν συναχθέντων—νέᾳ Ῥώμῃ] Dum absunt haec verba a Conciliis, versioneque Codicis Tiliani, et duo- 15 bus Codd. Bodl. 158 et 205, Beveregii Synodico, Pedalioque Graecorum, omnia addidi ex Canonum editione principe, Ecclesiae Univ. Codice, Lloydii MSto, Codicibusque quinque Bodleianis. In Codice qui restat, 625 olim Rawlinson. exstant tantum verba τῶν συναχθέντων ἐπὶ Θεοδοσίου βασι- 20 λέως.

P. 69. l. 18. δηλαδὴ ἑκάστου Μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων] Designari hoc Canone omnes et singulos Metropolitas, non tantum dioecesium Exarchos, ostendere haec verba videntur. Confer Canones IX et XVII, Nicaenique 25 Concilii IV.

P. 70. l. 4. ψηφισμάτων συμφώνων] Ait Zonaras in Commentario: Ἵνα δὲ μὴ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως νομισθῶσιν οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκεῖνοι, τὸ πᾶν τῆς χειροτονίας ἀνατιθέναι, ὥστε ποιεῖν ἐκεῖνον ἐπὶ ταῖς χειροτονίαις κατ' ἐξου- 30 σίαν ἃ βούλεται, προσέθεντο χειροτονεῖσθαι παρ' αὐτοῦ τοὺς Μητροπολίτας συμφώνων ψηφισμάτων γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων, μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες· ὅτι οὐχ' οὓς βούλεται ὁ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονήσει Μητροπολίτας, ἀλλ' ἡ ὑπ' αὐτὸν Σύνοδος τὰς ψήφους ποιήσεται, καὶ ἐφ' οὓς ἂν οἱ ψηφιζό- 35 μενοι συμφωνήσουσιν, ἐξ ἐκείνων χειροτονήσει, ἀναφερομένων τῶν ψηφισμάτων πρὸς αὐτόν.

Ibid. l. 6. ἀναφερομένων.] Hic cum duobus sequentibus Canonibus nec in Joannis Antiocheni Collectione, nec in Latina Dionysii Exigui versione, nec in Arabica Josephi 40 Aegyptii paraphrasi exstat. Reperitur autem in omnibus Balsamonis, Zonarae, et Aristeni Codicibus. Citatur etiam a Photio in Nomocanone tit. i, cap. 5 et 6. Latine etiam vertitur a veteri Interprete ante Dionysium Exiguum, a quo

tamen non inter praesentes sed Constantinopolitanae Synodi Canones collocatur. [Vide hujusce notae finem, infra pag. 114. Addas his libris, praeter Canones Graece editos, Codices octo scriptos quibus usus sum Bodleianos.] In
5 Actis etiam hujus Concilii habetur, decima sexta nimirum Actione: ubi tamen Paschasinus et Lucentius, Legati Episcopi Romani, hoc decretum ipsis absentibus et clanculum editum fuisse conquesti sunt. Et quidem ipsi aberant, at quia adesse nolebant, etiamsi rogati fuerint. Patres enim
10 diserte testantur se Romanos illos rogasse, ut interessent, dicunt enim, *Παρεκαλέσαμεν τοὺς κυρίους τοὺς Ἐπισκόπους τοὺς ἀπὸ Ῥώμης, κοινωνοὺς γένεσθαι τῶν πραττομένων, παρῃτήσαντο δὲ λέγοντες, ἐντολὰς μὴ εἰληφέναι τοιαύτας.* Et addunt, quum hoc decretum fuit, nihil in occulto, nihil furtive,
15 sed omnia canonice facta esse, coram ipsis Legatis dicentes, *καὶ πάρεστιν ἐνταῦθα, οὔτε ἐν παραβύστῳ πέπρακται, οὔτε κλοπῆς τρόπῳ, καὶ ἔστιν ἡ πρᾶξις ἀκόλουθος καὶ κανονική.* Ac propterea omnes unanimes subscriptiones proferunt, qui etiam se non necessitate coactos, sed sponte sua subscrip-
20 sisse palam profitentur: adeo ut si quis alius, hic legitimus hujus Concilii Canon habeatur necesse est, nisi Episcopo Romano, vel Legatis ejus, potestas concessa fuerit omnia rescindendi, quae ab ipsis et oecumenicis Conciliis acta et decreta sunt, quo semel dato, frustranea simul redderentur
25 oecumenica Concilia, utpote quorum decreta nullius erant momenti nec auctoritatis, nisi hoc Episcopo Romano placuerit; cujus tamen auctoritatem Patres in hac re non tanti aestimabant, quin et ipso et Legatis ipsius, volentibus nolentibus, etiam post deliberationem in utramque partem
30 habitam, Synodus hoc decretum iterum coram Legatis confirmaverit. Quum enim Judices illud, vel saltem summam ejus repetitam, confirmassent, reclamantibus Episcopi Romani Legatis, Johannes Episcopus Sebastiae dicebat omnes in eadem sententia permanere, et Judices addebant, ipsorum
35 dictum a toto Synodo approbatum esse. *Οἱ ἐνδοξότατοι Ἄρχοντες εἶπον, ὅσα διελαλήσαμεν, πάντα ἡ Σύνοδος ἐκύρωσε.* Haec BEVEREGIUS. Ita contraxit hunc Canonem Constantinus Harmenopulus in Epitome Canonum, *Οἱ Πόντου καὶ Ἀσίας καὶ Θρᾴκης, καὶ οἱ βάρβαροι παρὰ τοῦ Κωνσταντινου-*
40 *πόλεως χειροτονείσθωσαν· τῶν ἴσων πρεσβειῶν τῷ Ῥώμης ἀξιωθέντων διὰ τὴν τῶν σκήπτρων μετάθεσιν,* apud Leunclavii Jus Graeco-Romanum, tom. 1, p. 31. Hic vero non solum commemorandum id est, quod satis evincunt Leonis M. epistolae, postea restitisse Pontificem hunc Romanum privi-
45 legiis a Concilio Chalcedonensi sedi CPtanae concessis ac

decretis; sed etiam nobis haud tacendum, quod referunt historici nonnulli, Julium Episcopum Romanum diu ante in epistola ad Episcopos Orientales in causa S. Athanasii scripta affirmasse, 'Ecclesiae regula interdictum esse, ne prae-'ter sententiam Romani Episcopi quidquam ab Ecclesiis de-5 'cernatur.' Hoc tradunt quidem Socrates, lib. II Hist. Eccles. cap. 17, et eum secutus Sozomenus, lib. III H. E. c. 10. Hoc ipsum vero, ut monuit ad Socratem Valesius, in epistola Julii, quae apud Athanasium adhuc superest, nuspiam legitur. Et quidem, quidquid fecerint, aut sibi assumpserint, Epi-10 scopi Romani, id certe constat, Concilium quartum generale, quamvis dissentientibus sedis Romanae Legatis, hoc insigne decretum sanxisse. Hic quoque operae pretium est historiolam quandam referre, in Actis Concilii hujus exstantem. Ibi testatus est Eusebius Dorylensis Episcopus, se sponte 15 subscripsisse decreto de privilegiis sedi CPtanae nunc concessis; huncque ait Canonem, vel potius, illum a Concilio CPtano de eadem re prius sancitum, se in urbe Roma praesentibus clericis CPtanis Papae relegisse, qui eum recepisset. Actio decima sexta pag. 816 edit. Labbe et Cossart; p. 642 20 edit. Harduin. Sin vero, ut apparet, Leo M. ibi significetur, is fuit, qui tam per Legatos suos, quam ipse postea in epistolis suis his Canonibus sedis CPtanae gratia conditis pro virili restiterit. At plura ad Gelasium. Exstant cum ceteris juncti Canones tres ultimi Chalcedonii, ut jam ante dixi, in 25 Codicibus omnibus quibus ego usus sum Bodleianis. Porro in exemplo quod Bodleiana Bibliotheca tenet Harduinae editionis Conciliorum, ad Canonem hunc XXVIII, vir quidem doctus haec scripsit; 'Comparet [hic Canon] in omni-'bus exemplaribus Graecis, et in duobus exemplaribus 30 'Latinis, quorum unum literis quadratis scriptum, et an-'norum praeterpropter mille, est in Justelli Bibliotheca, 'alterum vetustum exemplar fuit in Thuani Bibliotheca.' Haec ille. Quibus verbis significatur prisca Latina Versio ante Dionysii Exigui tempus composita, quam ex patris 35 sui Codice, tum vero ex altero Thuaneo, Henricus Justellus edidit. In istac Versione repertus quidem est Canon XXVIII Chalcedonius, sed, ut Beveregius supra monuit, inter Canones CPtanos errore collocatus. Ac similiter res administrata est in antiqua Canonum collectione Longo-40 bardicis literis exarata, de qua agit Petrus Constantius in Dissertatione de Antiquis Canonum Collectionibus. Vid. sect. XCVI. Porro Justelli patris Codicem, venerandae antiquitatis MStum, in quo plurima ad rem canonicam pertinentia exstant, Bibliothecae nostrae Bodleianae postea donavit Hen-45

ricus filius; quod supra memoravi cum alibi tum ad Synodi Alexandrinae Epistolam, p. 94. Is in tria partitus volumina numeris 1686, 1687, 1688, in Catalogo designatur.

IN PROLOGUM.

5 P. 70. l. 7. τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου—Ῥώμης εἶπον] Omnia haec ex Canonum editione principe, Codd. Bodl. et MSto Lloydii desumpsi, quae absunt ab hoc saltem loco Conciliorum, a Synodico Beveregii, Pedalioque Graecorum. Ante Φωτίου habet ἁγίου MS. Lloyd. Vide superius de hoc 10 decreto notam cl. Beveregii ad Can. XII conscriptam.

Ibid. l. 9. Βηρύτου] Habent Τύρου vocem male repetitam Canonum editio princeps aliaeque. Correxi locum ex Codicibus quinque Bodleianis, et Lloydii MSto, dum in Cod. 185 scribitur Βηρύτων, et in duobus alteris locus non exstat. 15 Βονιφάτιος nomen scribitur in Lloydii MSto mox infra.

CANON XXIX.

P. 72. l. 2. ἱεροσυλία ἐστίν·] Conferendi Canon Ancyranus decimus octavus et Canon Nicaeni Concilii octavus; quo quidem posteriore jubetur Episcopus Novatianus ad Ecclesiam 20 conversus, si exstiterit in urbe Episcopus catholicus, Presbyteri habere honorem; ne, ut ibi declaratum est, in una civitate duo Episcopi existerent. Conf. infra Synodi Nicaenae ad Alexandrinos Epistolam de Meletianis secundo loco post Catholicos collocatis. De Novatianorum τῇ χειροθεσίᾳ, utrum 25 repetenda ea fuerit, nonnulla ad Canonem ante dictum Nicaenum notavi, tom. i, p. 416.

IN EPILOGUM.

Ibid. l. 18. Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι Ἐπίσκοποι—φυλαττέσθω] Addidi haec, et quae sequuntur usque ad Canonem XXX 30 ex principe editione Canonum et MStis jam ante dictis. Sunt olim recepta ex Concilii Actis in Canonum collectiones.

IN PROLOGUM.

Ibid. l. 3. τῶν Ἀρχιεπισκόπων] Significantur, ut opinor, 35 Praesules tantum sedium Romanae, CPolitanae, Antiochenae, quippe quum Alexandrinus Archiepiscopus Dioscorus in hoc ipso Concilio sede depositus fuisset. Ita Sabinianus Pari Episcopus in Epistola precatoria ad hoc Concilium, earundem sedium Archiepiscopos Leonem, Anatolium, Maximum, et 40 reliquam omnem Synodum, adit. Vid. Concil. Chalcedon. Actionem XIV, p. 720 ed. Labbe, p. 574 edit. Harduin.

Ibid. l. 11. καὶ ἡ ὑπερφυὴς Σύγκλητος] Non solum ar-

chontes, seu magistratus, viri summa imperii officia gerentes huic Concilio jussu imperatoris aderant, sed etiam alii fuerunt iis conjuncti, viri illustres, convocatio, ἡ Σύγκλητος, seu senatus appellati. Nomina eorum initio Actionis primae hujus Concilii recensentur. 5

CANON XXX.

P. 73. l. 3. τῆς Ἀλεξανδρέων μητροπόλεως] Habent τῆς τῶν Ἀλ. hic quidem, sed non infra, Concilia et Beveregii Synodicum; quum vero nesciant articulum τῶν his locis ceterae Canonum Collectiones, tam scriptae quam excusae, 10 eundem hic delevi. Hujusce rei narratio exstat in Actione IV Concilii pp. 509–517 edit. Labbe. In canonis interpretatione Latina Graecis verba adjuncta superflua sunt.

P. 72. l. 5. μεγαλοπόλεως] Adduntur in Conciliis aliisque collectionibus verba ista, Ὅθεν μένοντες ἐπὶ τοῦ οἰκείου 15 σχήματος, ἢ ἐγγύας παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατὸν, ἢ ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθήσονται, eadem fere quae fine exstant. Ex Alexandrina sede Dioscorus, ut dixi, expulsus fuerat.

IN EPILOGUM.

P. 74. l. 1. τοῦ ὁσιωτάτου Ἐπισκόπου Πασκασίνου] Addidi 20 vocem Ἐπισκόπου ex Lloydii MSto.

Ibid. l. 4. ἐξωμοσίᾳ] Vulgo ἐξωμοσίας. Corrigend. ἐξωμοσίᾳ, quod praestant MSti.

Ibid. l. 5. ἀναμένειν] Hoc ex Codd. Bodl. vetustissimis 26, et 715, et 625, olim Rawlinson. pro edito ἀναμένοντας re- 25 posui, quod tamen exstat in Cod. 185, sed ἀναμένοντες Codd. 196 et 3385, et Lloydii MS. Non exstant haec, quae ex Canonum editionibus desumpsi, in Codd. 158 et 205. Rei gestae conclusionem nobis in scriptis servavit Liberatus Diaconus in Breviario suo, cap. xiv, ‘ Dioscorus quidem exsu- 30 ‘ lare in Gangrena civitate praeceptus est; reversi sunt au- ‘ tem Alexandriam, qui quum eo venerant Episcopi et clerici, ‘ Athanasius Busiridos Episcopus, et Nestorius Phlagoneos, et ‘ Auxonius Sebennytensis, et Macarius Chabasenensis, qui con- ‘ sederant in Chalcedone, et anathematizaverunt Eutychen et 35 ‘ ejus dogma, cum Dioscori damnatione, epistolae Papae Leonis ‘ subscribentes, ut cum omnium civium voluntate eligerent or- ‘ dinandum Episcopum, sacris ob hoc literis praecedentibus ad ‘ Theodorum tunc Augustalem, p. 97 edit. Garnerii. Hinc liquet, subscripsisse Leonis epistolae, antequam ab urbe 40 discederent, Aegyptios Episcopos. Interea insulsa sunt et corruptissima Latina illa ab Ehingero in editionem suam

Canonum Witebergensem undecunque desumpta, certe a Dionysio Exiguo haud profecta.

IN DEFINITIONEM FIDEI.

P. 76. l. 1. DEFINITIONEM FIDEI] De hac Definitione ita
5 Secunda Professio Fidei ineunte saeculo octavo scripta, quae ex Libro Diurno Romanorum Pontificum deprompta infra sistitur. 'Pro hujusmodi ergo de incarnatione Dei Verbi re-'gulis explanandis etiam quartum sanctum 630 Patrum sanc-'torum Concilium sub augustae memoriae Marciano Impera-
10 'tore in Calchedona concurrit, cui apostolicus Papa Leo per 'Legatos et Vicarios praefuit, cujus, Dei gratia reserante, 'venerabili tomo firmati Patres sententialiter promulgave-'runt, ex duabus et in duabus naturis, sive substantiis, id 'est, Deitate, atque humanitate, unum eundemque Filium
15 'Dei Dominum Jesum Christum; et quod in nullo perempta 'sit differentia naturarum, magis autem, salva proprietate, 'utraque natura in unam personam atque subsistentiam con-'currerit: etenim ex quibus eum veraciter subsistere credi-'mus, in eisdem inconfuse, inseparabiliter et indivise, et esse,
20 'et contemplari, nihilominus praedicamus.'

P. 75. l. 20. πρὸς ζῆλον ἀνέστησε] Quum vertat vetus Interpres *ad zelum fidei suscitavit*, fortasse, ut emendetur locus, scribendum est πρὸς ζῆλον τῆς πίστεως ἀ.

Ibid. l. 21. καὶ τοὺς ἁπανταχῇ] Fors. scribendum ὃς καὶ τ. ἁ.
25 Habent *qui* undique, duae hujus Definitionis Interpretationes Latinae a Stephano Baluzio in Nova Collectione Conciliorum collocatae pp. 1389–1392. Altera harum interpretationum tantum priorem partem Definitionis praestat.

P. 76. l. 3. αὐτὴν καταπιαίνειν] Legendum est αὐτά. Ha-
30 bent *eas*, quae editae sunt interpretationes Latinae apud Concilia, sed omittente locum, ut videbis, interpretatione hic subjecta.

Ibid. l. 12. τὴν τάξιν καὶ τοὺς περὶ τῆς πίστεως ἅπαντας τύπους φυλάττοντες] Num significat hoc loco vox ἡ τάξις
35 Synodi Ephesinae statuta, quae ad ordinem et disciplinam Ecclesiae spectabant? Habet Apostolus ad Colossenses, βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. ii. 5.

P. 77. l. 2. οἱ τῆς ἀληθείας ἀθετεῖν ἐπιχειροῦντες—τὰς κενο-
40 φωνίας ἀπέτεκον] Apud Euagrium Hist. Eccl. ii, 4, ubi hujus Definitionis partes aliquot afferuntur, positum est, οἱ τῆς ἀληθείας ἔχθροι ἀθετεῖν ἐπεχειροῦσι—καὶ τὰς κ. ἀ. Verum faciunt cum Conciliorum lectione Latinae interpretationes,

immo, ut jam reperi, Nicephorus Callistus, qui in lib. I Hist. Eccl. c. 6, et Theorianus in Dialogo suo cum Catholico Armeniorum apud Auctarium Ducaeanum Bibliothecae Patrum, p. 476, similiter atque Euagrius Definitionem excerpserunt. Theophanius autem pro κενοφωνίας posuit καινοφωνίας, omnibus interpretibus hanc vocem recte fortasse agnoscentibus. 5

P. 77. l. 21. ἐπάγοντες] Adnotata est ad marg. Conciliorum lectio varians ἐπεισάγοντες, quae apud Euagrium Nicephorum Theorianumque extat. In textum recipi fortasse debuerat. 10

Ibid. l. 23. γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανώσαντες] Fortasse designantur scripta, quae haud supersunt.

Ibid. l. 29. συνοδικὰς ἐπιστολὰς πρὸς Νεστόριον καὶ πρὸς τοὺς τῆς Ἀνατολῆς] Addit Ἐπισκόπους Nicephorus quidem; hanc vero vocem agnoscunt neque alteri scriptores, nec vett. Interpretes. Interea in actis Ephesinis nulla exstare videtur synodica epistola ad Orientales. 15

P. 78. l. 2. ἑρμηνείαν δὲ τῶν ἐν εὐσεβεῖ ζήλῳ] Pro eo quod est, institutio hominum de sensu Symboli. Habet vetus Interpretatio, quae a Baluzio edita est pag. 1391 Novae Collectionis Conciliorum, *Interpretationem eorum, qui religioso zelo salutaris Symboli cupiunt intellectum.* Nec dissimiliter vertitur in utraque Latina Interpretatione Conciliis adjecta. Sed variant inter se in vocibus vertendis quatuor alii apud Baluzii opus hujus Definitionis Interpretes, aliis ad literam, aliis ad sensum loci vertentibus. Habent τῶν ἐν εὐσεβεῖ ζήλῳ Euagrius Nicephorusque, sed Concilia et Theorianus ἐν omittunt, quod recepi. 20 25

Ibid. l. 4. τῆς μεγίστης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης] Voces καὶ πρεσβυτέρας ex Euagrio adjeci, adstipulante veteri interpretatione hic subjecta, ac Nicephoro. 30

Ibid. l. 8. τῇ τοῦ μεγάλου Πέτρου ὁμολογίᾳ] Apud S. Matthaeum, xvi, 16.

Ibid. l. 11. τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων βεβαίωσιν] Concilia et Theorianus ὀρθοδόξων. Ex Euagrio et Nicephoro locum correxi. 35

Ibid. l. 18. τοῦ δούλου μορφὴν παραπαίοντας] *Formam Dei negantes,* habet Interpretatio, quae sequitur, Latina, sed *servi* ad marg. positum est. Verbum autem παραπαίοντας, *delirantes dicunt,* bene redditur in Interpretationibus apud Concilia positis. Verba addidi Interpretationi subsequenti. 40

Ibid. l. 22. ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν—καὶ συμφώνως] Ita locum ex Euagrio, consentiente Nicephoro, correxi, dum minus commode, sed faventibus Interpretibus, Concilia ha- 45

bent ὁμολογεῖν pro ὁμολογοῦμεν, particula καὶ omissa ante συμφωνῶς. Similiter constructa verba sunt apud Theorianum, et ubi affertur locus in Patrum Doctrina De Verbi Incarnatione, pp. 37, 47, quod quidem opus partim edidit Cardinalis Maius in vol. VII Collectionis Vett. Scriptorum Novae, Romae 1833.

P. 79. l. 5. ἐν δύο φύσεσιν] Concilia ἐκ δύο φύσεων. Legendum monuit post alios cl. Venema ἐν δύο φύσεσι, Hist. Eccl. vol. IV, p. 477. Habetque tam Interpretatio quae hic posita est, quam illa apud Concilia Chalcedon. et CPol. II *in duabus naturis*, immo vero Euagrius et plus semel Theorianus ἐν δύο φύσεσιν. Verum lege Venemam ipsum haec scribentem: 'Quinta actione, quum fidei definitio contra Eu- 'tychen praelecta, et a majore parte adprobata esset, inter- 'cesserunt cum aliis Legati Papae, contendentes eam esse 'mancam, eique verba Leonis Papae ex ejus epistola esse in- 'serenda, unde ingens orta est contentio. Reclamarunt enim 'maximam partem Episcopi, *Definitio est orthodoxa, Spi- 'ritus S. eam dictavit: qui non subscripserit haereticus est.* 'Sed alii contra clamarunt, tenentes, haeresin Eutychianam 'non clare satis per eam jugulari, quia tantum habebat, *Con- 'fitemur, Christum esse ex duabus naturis post adunatio- 'nem:* quod ab Eutyche etiam dici poterat. Synodo hac ra- 'tione scissa, Marcianus, de eo certior factus, novam jussit 'cudi Definitionem, quae praelecta omnium meruit calculum. 'Verba itaque ex Leonis epistola, Senatu id suggerente, et 'Legatis instantibus, addita sunt, quibus dictum est, Chris- 'tum non tantum ex duabus naturis esse, sed et in duabus, 'seu esse in eo *duas naturas unitas inconfuse, inconverti- 'biliter, indivisibiliter*, Gr. ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, 'ἀχωρίστως. Legitur quidem in Graeco textu ἐκ δύο φύ- 'σεων, sed legi debere ἐν δύο φύσεσιν *in duabus naturis* 'multa comprobant, et jam occupatum est. Hanc secundam 'formulam Imperator quum actione sequente praesens con- 'firmasset habita oratione, ei varie a Patribus Synodi ad- 'clamatum est.' Haec Venema. At vero potius propter istam varietatem lectionis, quippe non tantum apud Concilia, sed et in una Theoriani ῥήσει, formula ἐκ δύο φύσεων comparente; et praeterea quoniam diserte refert Secunda Professio Fidei Pontificia, a me supra adducta, Concilium hoc Chalcedonium praedicasse unum eundemque Christum *ex duabus et in duabus naturis*, adducor ut credam legendum esse hoc loco, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν——ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δύο φύσεσι. Convenitque ipsa rei historia.

Proxime ante praefixit Euagrius 'Ιησοῦν voci Χριστὸν, dissentientibus vero antiquis Interpretibus.

P. 79. l. 7. *οὐδαμοῦ*] Scribunt omnes *οὐδαμοῦ* cum Patrum Doctrina, quod opusculum supra a me commemoratum *μετὰ* pro *διὰ* minus recte praestat. Post paulo *οὐχ ὡς εἷς* pro *οὐκ* 5 *εἷς* ex Euagrio et Nicephoro recepi.

Ibid. l. 17. *ἑτέραν πίστιν* &c.] Quae usque ad hujus Definitionis finem sequuntur ipsa verba sunt Ephesini Canonis septimi, conditi a Patribus post lectum Symbolum Nicaenum; sed addita hic vox est *μονάζοντες*. Vid. supra p. 9. 10

Ibid. l. 27. *Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ τόμου*] Permissa fuerat definitionis hujus forma curae trium et viginti Patrum Concilii, e quibus, ut constat, fuerunt Archiepiscopus CPtanus, sedisque Romanae Vicarii, et Antiochiae atque Hierosolymae Episcopi. Vide Actionem v Concilii Chalcedon. 15 p. 559 ed. Labbe.

P. 80. l. 7. *δῆλα τῇ θείᾳ γενήσεται κορυφῇ*] Imperatori declarabuntur.

Ibid. l. 16. Imperatorum Valentiniani ac Martiani] Ordo Imperatorum ab Interprete Latino mutatus videtur, pro- 20 pterea quod apud Occidentem regnabat Valentinianus.

P. 81. l. 31. Monachomenos] Contra Pneumatomachos Haeresis est lxxiv apud Epiphanium.

P. 82. l. 20. promistionem] h. e. permistionem. *Promiscue, promisce, promisceo,* apud auctores scribitur. 25

EXCERPTUM EPISTOLAE

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

AD CAESARIUM MONACHUM.

PRAEFATIO.

Ex Jacobi Basnagii Animadversione Historica in Epistolam S. Joannis Chrysostomi ad Caesarium Monachum; in tomo primo novae editionis Lectionum Antiquarum Henr. Canisii, p. 226, *Amstel.* 1725.

AN genuina sit Epistola Chrysostomi ad Caesarium, per saeculum integrum et ulterius agitata fuit controversia inter Theologos qui etiam Criticos agebant. Laudaverat P. Martyr, excoenobita Dominicanus, [in Locis suis Communibus, alibique] haec verba tanquam Chrysostomi, ex quibus argumenta Transsubstantiationi opposita educebat adversus eos, qui sibi Chrysostomum hac in re testem et defensorem fidei suae propugnabant. *Sicut enim,* haec sunt verba Chrysostomi quae controversiae locum dederunt, *antequam sanctificetur panis, panem nominamus; Divina illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est appellatione panis, dignus autem est habitus Dominici Corporis appellatione, etsi natura panis in eo permaneat.*

Conjiciet facile lector, quid Theologos moverit, ut dicam falsitatis impingerent Pet. Martyri; ipsis occasionem aliquam praebuerat, quum nec Codicem MS. nec Dominicanorum Florentinorum Bibliothecam, in qua latebat Codex MS. revelasset. Augebat dubium casus, qui humanam Martyris prudentiam effugiebat. Exemplar ex Codice Florentino a se descriptum deposuerat in Bibliotheca Cranmeri, tanquam fidei suae monumentum, quo confugere possent eruditi, qui propriis oculis eam firmare vellent; sed in cineres redacta aut direpta Cranmeri Bibliotheca sub regno Mariae. Hanc arripuerunt ansam Theologi, non modo Martyrem, sed et Praesides Anglicanos, qui Martyrem tuebantur, tanquam fraudis conscios et vindices exagitandi. Invaluit ab eo tempore haec sententia apud omnes Catholicos, Chrysostomum talia nequaquam scripsisse, et Martyrem non modo deceptum, sed fraudis authorem, opus spurium, et

forsan, Annii Viterbiensis impostorumque plurimorum arte et methodo, hanc Epistolam finxisse, ut fucum inimicis faceret. Et revera latuit Epistola, donec Emericus Bigotius, mihi a teneris annis ad mortem usque amicissimus, qui an eruditione vastissima, aut morum integritate potius laudari 5 debeat, in dubio reliquit, hanc ex eodem Codice apud Dominicanos latitanter descripsit et in Galliam attulit. Artes monachorum qui noverat, eos, Martyris exemplo, celavit, et frequenter eorum Bibliothecam pervolvens, plura ex aliis Codicibus descripsit, ut intentum obtineret; et ne, dilacerato 10 Codice, fraudis accusari posset apud eruditos, integrum reliquit. Hoc opusculum in lucem erat proditurum cum vita Chrysostomi a Palladio scripta, et scriptis Patrum, quae Bigotius itinerando transscripserat; sed censores librorum ei litem intentaverunt circa locum superius a nobis indicatum; 15 metuentes scilicet triumphos, quos ex verbis doctoris Ecclesiae vetustissimi sibi pollicebantur Reformati, auctoritatem regiam interpellaverunt. Jussit Rex Epistolam ad Caesarium, jam editam, dilacerari. Argumentum habes in lacuna, quae post Palladii Vitam Chrysostomi observatur a pagina 20 235 ad 245. Poenituit postmodum D. Faure, amicum Bigotii, et tamen consilii tam iniqui auctorem; quippe qui maluerit P. Martyrem a crimine falsitatis olim objecto vindicari, quam Chrysostomum Transsubstantiationi oppositum, hac iniquitate publica confiteri: sed latam a pauco tempore 25 sententiam impulsu censorum Rex noluit revocare. Perierat ergo denuo haec Epistola, et aeterno fuisset damnata silentio nisi nostras in manus incidisset exemplar aliquod Bigotianum, quod publici juris fecimus ab anno 1687.

[At vero scimus recusas fuisse anno 1686 in Anglia 30 has schedas Bigotianas; immo etiam antecedente anno Epistolam ad Caesarium Lugduni Batavorum a Steph. Lemoynaeo publici juris esse factam. Sic ait Cavius in Historia Literaria sua, voce S. Joan. Chrysostomus, '—Tandem paucis abhinc annis vir cl. Emericus Bigotius ver- 35 'sionem istam ex Codice Florentino in Bibliotheca Dominicanorum D. Marci asservato a se descriptam, Palladii 'dialogo de Vita Chrysostomi subnexuit. Verum impres-

'sione ad umbilicum perducta Epistolam a reliquis divulsam
'supprimendam curarunt censores aliquot Sorbonici, de
'qua insigni fraude merito conquestus est ex reformatorum
'gente Parisiensis Theologus [cl. Allix.] Expostulat. l. XII,
5 'Anastasii in Hexaem. praemissa, Lond. 1682. Interea
'nos non contemnendum hujus Epistolae fragmentum Grae-
'cum ex Bibliothecae Arundelianae antiquo Codice MS. in
'Chartophylace nostro p. 69 edidimus.' [Sed illud de pane
consecrato non edidit ibi Cavius.] 'Eodem circiter tem-
10 'pore Stephanus Le Moyne de antiquitate ecclesiastica
'praeclare meritus integram versionem Latinam plurimis
'quidem mendis scatentem inter Varia sua Sacra exhibuit.
'Nec laude sua fraudandus est clarissimus Ecclesiae An-
'glicanae Theologus' [Guilelmus Wakius, postea Archiepi-
15 'scopus Cantuariensis] 'qui ipsam quaternionem a docto-
'ribus Sorbonicis e Codice Bigotiano abscissam nactus, cum
'Expositionis suae adversus Meldensem episcopum Vin-
'diciis patrio sermone editis Londini 1686, una cum prae-
'fatione Bigotiana, et fragmentis Graecis, quotquot reperire
20 'poterant, quaeque ad editionem suam ornandam collegerat
'Bigotius, fideliter subjecit.' Haec Cavius, Hist. Lit. vol. I,
pag. 315. Sed, quod mireris, Basnagius ipse, quum anno 1687
ad exemplar Bigotianum Epistolam Chrysostomi edidit, pri-
orem illam Anglici Theologi editionem communicatam secum
25 fuisse a Gilberto Burnetto, postea Sarisburiensi Episcopo,
memorabat. Pergit scribere Basnagius.]

Illam deinde edidit eruditissimus Harduinus, et subti-
lissima dissertatione circa Sacramentum Altaris, Chrysosto-
mum a sententia quam ferebant ipsius verba, vindicare ten-
30 tavit: his potissimum argumentis, quod φύσις, aut *natura*,
panis significet non substantiam, quae percipitur oculis et
manu tangitur, sed mera accidentia: et ex eo quod Natura
Divina Christi immanens Humanitati, corpus ejusdem Christi
debeat inhaerere pani, et per consequens transubstantiari, ut
35 comparatio valere possit. Nos a controversia penitus alieni
haec observaturi sumus. Primo, miramur, quanta fides ha-
beri debet iis, qui anticipatis opinionibus tenaciter addicti,
nec periculis imminentibus sese objiceres audentes, prae-

fricta fronte negant quae verissima sunt, et metu perculsi Regem ipsum adeunt, ne veritati lux aliqua possit affulgere: deinde, ubi subeundum est periculum, sententiam mutant, et interpretationibus alienis verborum usum immutare conantur, ut fidem Patris ab iis alienissimi declinare possint. 5 Nunc indubitata est Epistola Chrysostomi, confitentibus ipsis, qui majori partium studio tenebantur. Deinde qui prima elementa linguarum norunt, confiteri debent, et apud Graecos *φύσιν*, et *naturam* apud interpretes Latinos significare, non accidentia, sed *substantiam* ipsam, sive naturam panis quae 10 *remanet*. Denique, si Chrysostomus audiatur, elementum liberatur solummodo *appellatione panis*; mutatur nomen et substantia remanet.

Sic Basnagius; pergens post haec exponere quae fuerit Apollinaris Laodiceni de duabus naturis Christi sententia, 15 quam confutat in hac Epistola Chrysostomus; deinde respondere argumentis cl. Scipionis Maffei, qui in epistola ad Basnagium rationibus usus aliquibus opusculum a Chrysostomo abjudicare studuerat. Montfauconio vero Chrysostomi opera edenti verisimile videbatur, auctorem Epistolae saecula 20 vixisse Eutychiano, et finxisse se contra librum Apollinaris, in multis quidem cum Eutyche sentientis, scribere, ut supponeret Epistolam Chrysostomo diu ante haeresim Eutychis ortam morte functo. Hoc refert Harles. ad Fabricii Biblioth. Gr. vol. VIII, p. 541, de Montfauconio, cujus quidem editio 25 S. Chrysostomi mihi nunc demum ad manum est. Tamen antiquissimam Epistolam esse consentiunt omnes, quae et S. Joanni Chrysostomo attribuitur, non tantum in Codicibus scriptis, qui nomen ejus in titulo praeferunt, verum etiam Chrysostomi esse dicitur a sex veteribus auctoribus, quo- 30 rum nonnulli, ut Joannes Damascenus, verba quaedam ex illo excerpserunt. Verum quidquid de auctore Epistolae fiat, opinatos esse veteres manere panis naturam seu substantiam in Eucharistia, probat scriptoris hujus argumentum, sive illustratio, pro existentia duarum naturarum in Christo 35 ex permansione panis in sacramento petitum.

EXCERPTUM

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

EX VET. LATINA INTERPRETATIONE EPISTOLAE EJUS AD CAESARIUM MONACHUM,

EDIT. JOAN. HARDUINI, PARIS. 1689.

——Et forsitan dicunt, Et quomodo Dominus dicit, *Ut quid me vultis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo?* Bene et omnino sapienter hoc dicendum [*fors.* dictum] est: 10 neque enim ex hoc ab inhabitanti defraudabatur Deitate; sed significare volens patientem naturam, hominis memoriam fecit; propter quod et Deus et homo Christus. Deus propter impassibilitatem, homo propter passionem. Unus Filius, unus Dominus; 15 idem ipse proculdubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, etiamsi non consubstantiales existunt, et unaquaeque incommixtam [incommixta *Petrus Martyr*] proprietatis conservat agnitionem, propter hoc quod inconfusa 20 sunt duo. Sicut enim antequam sanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote liberatus est quidem appellatione [ab appellatione, *Lemoynaei Apographum, et Montfauconii edit. S. Joan. Chrysost.*] panis, dignus 25 autem habitus est Dominici corporis appellatione, etiamsi natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus Filii praedicatur;

Joan. viii. 40.

Sic et hic divina ἐνιδρυσάσης [An ἐνυδρῶς] id est, inundante corpori natura, unum Filium, unam personam utraque haec fecerunt: agnoscendum tamen inconfusam et indivisibilem rationem, non in una solum natura, sed in duabus perfectis. Si enim unius, quomodo id quod inconfusum est? quomodo quod indivisibile? quomodo unitio dicitur aliquando? Sibimetipsi enim uniri quae una est, aut confundi, aut dividi impossibile est. Quod ergo infernum evomuit, unam in Christo naturam dicere? Putamus divinam solam nominantes, non omni modo unam negant, [*legendum ex Damasceno, interprete Turriano, apud Henr. Canisium*, t. IV, p. 211. Aut enim divinam solam nominantes, omni modo humanam negant. *Harduin.*] nostram dico·

Οὕτω κἀνταυθα τῆς θείας αὐτῷ φύσεως ἐνιδρυσάσης [*Alii*, Οὗτος καὶ ἐνταῦθα τῆς θείας ἐνιδρυμένης τῷ σώματι φύ- 5 σεως] ἕνα Υἱὸν, ἓν πρόσωπον, τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσε, γνωριζόμενον μέντοι ἀδιαιρέτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ λόγῳ· οὐκ ἐν μιᾷ 10 μόνῃ φύσει, ἀλλ' ἐν δυσὶ τελείαις· ἐπὶ γὰρ μιᾶς, πῶς τὸ ἀσύγχυτον; πῶς τὸ ἀδιαίρετον; πῶς ἡ ἕνωσις λεχθείη ποτέ; ἑαυτῇ γὰρ 15 τὴν μίαν ἑνοῦσθαι ἢ συγχεῖσθαι, ἢ διαιρεῖσθαι ἀδύνατον. Ποῖος οὖν ᾅδης ἐξηρεύξατο μίαν [*fors.* ἐξηρεύξατο τὸ μίαν] ἐπὶ Χρι- 20 στῷ φύσιν λέγειν, μετὰ τὴν ἕνωσιν; ἢ γὰρ τὴν θείαν φύσιν κρατοῦντες, τὴν ἀνθρωπίνην ἀρνοῦνται, φημὶ τὴν ἡμετέραν 25 σωτηρίαν· ἢ τὴν ἀνθρω-

πίνην κατέχοντες, τῆς θείας φύσεως τὴν ἄρνησιν ποιοῦνται. Ἐπεὶ λεγέτωσαν ποία ἀπολώλεκε 5 τὸ ἴδιον; εἰ γὰρ ἔτι ἔῤῥωται ἡ ἕνωσις, πάντως καὶ μετὰ τῆς ἑνώσεως ἰδιώματα ἀποσώζεσθαι ἀνάγκη· ἐπεὶ οὐχ ἕνωσις τοῦτο, ἀλλὰ 10 σύγχυσις καὶ ἀφανισμὸς τῶν φύσεων. Haec attulit Joannes Damascenus ex Chrysostomi Epistola ad Caesarium Monachum. Tom. 1 Operum S. Joannis Damasceni, pag. 427 15 ed. Lequien.

salutem; aut humanam retinentes non divinae abnegationem faciunt. [*Expungenda negandi particula, nisi si interrogatio est. Harduin.*] Dicant quae perdidit quod proprium erat. [*Hoc est, utra natura perdidit proprietates suas? Prius legebatur*, dicantque. *Harduin.*] Si enim unus est, salva nobis est unitio [*legendum denuo ex Damasceno*, si enim adhuc salva. *Harduin.*] omni modo, et ea quae unitioni sunt propria salvari necesse est. Si enim non, nec unitio, sed confusio et abolitio. edit. Harduin. Paris. 1689.

ANNOTATIONES

IN EXCERPTUM

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

EX EPISTOLA AD CAESARIUM MONACHUM.

P. 127. l. 10. neque enim ex hoc ab inhabitanti] Non habere voces *hoc ab* MStum quo usus est Bigotius, testis est Montfauconius, qui illas omisit in editione sua S. Joannis Chrysostomi, tom. III, p. 744; sed Bigotium locum ita restituisse ait.

Ibid. l. 17. incommixtam] Petrus Martyr in libro suo de Eucharistia testem Chrysostomi verba afferens habet *incommixta;* ac supra *consubstantialiter* pro adjectivo *consubstantialis.*

P. 128. l. 1. *Οὕτω κᾆνταυθα* &c.] Graeca haec ex Lequiena deprompta sunt editione S. Joannis Damasceni, Parisiis typis impressa anno 1712. Damascenus enim ad calcem libri sui contra Jacobitas hanc *ῥῆσιν* attulisse se ait ex S. Joannis Chrysostomi Epistola ad Caesarium Monachum. Partem insuper *ῥήσεως* afferri apud Nicephorum CP. in Antirrheticis MS., atque Anastasium, hoc est, ad voces *μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν*, referunt Hen. Canisius in tom. I, Var. Lect. p. 230, et cl. Montfauconius ad Chrysostomum. Porro indicat ad oram editionis suae Harduinus, Euthymium quoque in Panoplia, parte 2, tit. XV, verba protulisse usque ab illis, *ἕνα Υἱὸν*, ad vocem *τελείαις*. Atque Theorianum hujus epistolae nonnulla verba attulisse in Legatione ad Armenios infra ostendit in nota quae sequitur Harduinus. Quin et Leontius Hierosolymitanus contra Monophysitas, quod quidem opus primus edidit anno 1833 cl. Cardinalis Angelus Maius, verba, quae sequuntur, cum aliis nonnullis adduxit; Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον Ἐπιστολῆς· ‘ *Γνωρίζομεν μὲν τῷ ἀσυγχύτῳ καὶ ἀδι-* ‘ *αιρέτῳ Λόγῳ, οὐκ ἐν μιᾷ φύσει ἀλλ’ ἐν δύσι τελείαις.*’ Καὶ μετ’

ὀλίγα· ‘Ποῖος οὖν ᾅδης ἐξηρεύξατο μίαν ἐπὶ τοῦ Χρίστου λέγειν ‘φύσιν;’ Adi pagg. 130 et 135, tom. VII Novae Collectionis Scriptorum Vet. e Vaticanis Codicibus ab Angelo Maio editae.

P. 128. l. 3. ἐνιδρυσάσης] Ita legit vetus Latinus Interpres, 5 atque ita etiam Joan. Damascenus. Vox ἐνιδρυμένης magis quadrat. Apud veterem Interpretem legebatur ἐνιδρυσάσης, id est, *inundante*, mendose pro *insidente*. MONTFAUCON. Verbum quidem ἐνιδρυμένης fortasse apud Nicephorum et Anastasium exstabat: certe habent illud Wakius Bigotium 10 secutus, Basnagius, Harduinus, Montfauconius; alteri vero lectioni ἐνιδρυσάσης, *collocante se*, apud Joannem Damascenum positae, favet vetus Interpres, qui tamen ἐνυδρωσάσης *inundante* invenisse videtur. Apud Damascenum quoque a Lequieno editum exstat αὐτῷ pro τῷ σώματι, sed a con-15 traria stat parte vetus Interpres.

Ibid. l. 4. τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσε] Ita Damascenus; sed τὰ συναμφότερα Theorianus, et τὰ συναμφότερα ἀπετέλεσεν habent Wakius et Basnagius, τὰ συναμφότερα ἀπετέλεσαν Harduinus, τὸ συναμφότερον ἀπετέλεσαν Mont-20 fauconius.

Ibid. l. 8. ἀδιαιρέτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ Λόγῳ] Ita Damascenus et Leontius Hieros. a Maio nuper editus. Habent Wakius, Basnagius, et Montfauconius, ἀσυγχύτως ἀδιαιρέτῳ Λόγῳ, Wakio et Basnagio corrigentibus ἀσυγχύτῳ καὶ ἀδιαρέτῳ 25 Λόγῳ cui quidem verborum ordini favet vetus Interpres.

Ibid. l. 10. οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει] Bigotianum exemplar οὐκ ἐν μιᾷ φύσει. Theorianus in Legatione ad Armenios, Γνωρίζομεν μέντοι ἀσυγχύτως, λέγω οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, &c. HARDUINUS. Theorianus, qui, ut supra indicatum est, in 30 opusculo cum hoc titulo, sed saepius dicto, Dialogo cum Catholico Armeniorum, ex Definitione Fidei Chalcedoniana tot ῥήσεις excerpsit, ex hac epistola verba hujus scriptoris ita affert; ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν τῇ πρὸς Ἀκάκιον [Caesarium] τὸν μόναχον Ἐπιστολῇ φησίν· Ἕνα Υἱὸν, ἐν 35 πρόσωπον, τὰ συναμφότερα, γνωριζόμενον μέντοι ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως λέγων, οὐκ ἐν μιᾷ μόνῃ φύσει, ἀλλ' ἐν δύσι τελείαις. apud Auctarium Ducaeanum Bibliothecae Patrum, vol. I, p. 457. Agnoscit vocem μόνῃ praeter vet. Interpretem Damascenus quoque, qui et τῇ ante φύσει addit. A Leontio 40 vero Hieros. vox μόνῃ abest.

Ibid. l. 14. πῶς ἡ ἕνωσις] Omiserunt articulum ἡ Harduinus et Montfauconius, quem habent Wakius et Basnagius, Damasceno eum firmante. Minus autem bene apud eundem Damascenum ter legitur ποῦ pro πῶς, deficitque, τὴν 45 μίαν in ῥήσει ejus.

P. 128. l. 18. Ποῖος οὖν ᾅδης] Ita MS. noster [Anastasii]. Sic Athanasius in Epistola ad Epictetum, quae est de eodem argumento: Ποῖος ᾅδης ἠρεύξατο, &c. Et Ambrosius, libro de Mysterio Incarnat. Dominicae, cap. VI, 'Emergunt alii, 'qui carnem Domini dicunt et divinitatem unius esse na- 5 'turae. Quae tantum sacrilegium inferna vomuerunt?' HARDUIN. Deficit οὖν apud Damascenum.

Ibid. l. 19. ἐξηρεύξατο μίαν ἐπὶ Χριστῷ λέγειν φύσιν] Habent ἐπὶ Χριστοῦ, Damascenus et Leo Hieros. Sed melius Wakius, Basnagius, Harduinus, Montfauconius praestant 10 ἐπὶ Χριστῷ, vetere quoque Interprete vertente, *in Christo*. Num scribendum est ἐξηρεύξατο τὸ μίαν?

Ibid. l. 21. μετὰ τὴν ἕνωσιν] Hoc exstat apud Damascenum, cui nihil respondet in Latinis, idemque relictum est a Montfauconio, qui primus reliquam ῥῆσιν Graecam post 15 voces λέγειν φύσιν, ex Damasceni Lequiena editione sumptam, in editione sua Chrysostomi adposuit.

Tanquam accessionem veritatis duas THEODORETI ῥήσεις hic affero ex Eranista seu Polymorpho ejus desumptas.

Ἠβουλήθη [Servator noster] τοὺς τῶν θείων μυστηρίων με- 20 ταλαγχάνοντας, μὴ τῇ φύσει τῶν βλεπομένων προσέχειν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐναλλαγῆς πιστεύειν τῇ τῆς χάριτος γεγενημένῃ μεταβολῇ· ὁ γὰρ δὴ τὸ φύσει σῶμα σῖτον καὶ ἄρτον προσαγορεύσας [Joan. vi, saepe], καὶ αὖ πάλιν ἑαυτὸν ἄμπελον ὀνομάσας [Joan. xv. 1, 5,], οὗτος τὰ ὁρώμενα σύμβολα τῇ τοῦ 25 σώματος καὶ αἵματος προσηγορίᾳ τετίμηκεν, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὴν χάριν τῇ φύσει προστεθεικώς. Theodoreti Dial. I. Immutabilis dictus, p. 26, tom. VIII, edit. Schulze, p. 18, ed. Sirmondi. *Volebat eos, qui divinis mysteriis participant, non attendere ad naturam eorum quae cernuntur,* 30 *sed per nominum mutationem mutationi quae ex gratia facta est fidem adhibere. Qui enim corpus naturale frumentum et panem appellavit, et vitem rursus se ipsum nominavit, is visibilia symbola corporis et sanguinis appellatione honoravit, non naturam mutans, sed naturae gratiam ad-* 35 *dens.*

Ejusdem Theodoreti sunt istae in Dialogo secundo dicto *Inconfusus*.

Postquam dixit haereticus Eutychianus Eranistes: Ὥσπερ τοίνυν τὰ σύμβολα τοῦ Δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, 40 ἄλλα μέν εἰσι πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως, μετὰ δέ γε τὴν

ἐπίκλησιν μεταβάλλεται, καὶ ἕτερα γίνεται· οὕτω τὸ Δεσποτικὸν σῶμα μετὰ τὴν ἀνάληψιν, εἰς τὴν οὐσίαν μετεβλήθη τὴν θείαν. His respondet Orthodoxus: Ἑάλως αἷς ὕφηνες ἄρκυσιν· οὐδὲ γὰρ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὰ μυστικὰ σύμβολα τῆς οἰκείας ἐξί-5 σταται φύσεως. Μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τοῦ εἴδους, καὶ ὁρατά ἐστι καὶ ἁπτὰ, οἷα καὶ πρότερον ἦν, νοεῖται δὲ ἅπερ ἐγένετο, καὶ πιστεύεται καὶ προσκυνεῖται, ὡς ἐκεῖνα ὄντα ἅπερ πιστεύεται. Παράθες τοίνυν τῷ ἀρχετύπῳ τὴν εἰκόνα, καὶ ὄψει τὴν ὁμοιότητα· χρὴ γὰρ ἐοικέναι 10 τῇ ἀληθείᾳ τὸν τύπον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνο τὸ σῶμα τὸ μὲν πρότερον εἶδος ἔχει, καὶ σχῆμα καὶ περιγραφὴν, καὶ ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν, τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν· ἀθάνατον δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν γέγονε, καὶ κρεῖττον φθορᾶς, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν ἠξιώθη καθέδρας, καὶ παρὰ πάσης προσκυνεῖται τῆς κτίσεως, ἅτε δὴ σῶμα χρηματίζον τοῦ 15 Δεσπότου τῆς φύσεως. pag. 126 edit Schulze, pag. 85 edit. Sirmondi.

Eran. *Sicut ergo symbola Dominici corporis et sanguinis alia sunt ante sacerdotis invocationem, post invocationem vero mutantur, et alia fiunt; ita Dominicum cor-20 pus post adscensionem in divinam substantiam mutatum est.* Orthod. *Retibus quae ipse texuisti captus es. Neque enim symbola mystica post sanctificationem recedunt a sua natura. Manent enim in priore substantia et forma, et conspici tangique possunt, sicut et prius; intelliguntur 25 autem ea esse quae facta sunt, et creduntur et adorantur, ut quae illa sint quae creduntur. Confer igitur imaginem cum archetypo, et videbis similitudinem. Oportet enim figuram similem esse veritati. Illud enim corpus priorem habet formam et figuram et circumscriptionem, et, ut semel 30 dicam, corporis substantiam; immortale autem post resurrectionem, et immune a corruptione factum est, sedemque a dexteris adeptum, et ab omni creatura adoratur, quia corpus Domini naturae appellatur.*

Ceterum se opposuit cavillationibus contra verum atque 35 apertum utriusque ῥήσεως sensum a Cardinali Perronio motis Edmundus Albertinus, de Sacramento Eucharistiae, l. II, cap. 2 et seqq. Feliciter itidem est insecutus usque ad latebras suas nuperos quosdam Theodoreti interpretes Georgius Stanleius Faber, vir meritus optime de Ecclesia, in libro de 40 Difficilibus Romanismi, quem Anglica lingua scripsit, atque jam denuo edidit, lib. II. c. 3, p. 320—322, et 360—365. Quae vero ab altera parte dici solent contra sensum verum istorum omnium testimoniorum ex S. Patribus in hac re adductorum, ea nobis promit urgetque vir cl. Josephus Aloys.

Assemanus, Dissert. de Origine Liturgiarum apud Codicem Liturgicum Eccles. Univ. pp. 76—83, vol. IV, Romae 1751. Quid denique Joannes Stiltingus e Soc. Jesu, Basnagii praefationi adversatus, de Chrysostomi Epistola ac celebri ῥήσει ejus, disputaverit, vide in Actis ejus S. Joan. Chrysostomi, 5 Antv. 1753. §. lxxxii, p. 256–263.

EX

GELASIO I,

ROMANO EPISCOPO,

QUI FINE SAECULI QUINTI FLORUIT,

EXCERPTUM.

GELASIUS I.

Gennadius Massiliensis, Lib. de Viris Illustribus, cap. xciv, pag. 43, edit. Fabricii.

Gelasius, urbis Romae Episcopus, scripsit adversus
5 Eutychen et Nestorium grande et praeclarum volumen, et
tractatus diversarum Scripturarum et Sacramentorum elimato
sermone; et adversus Petrum et Acacium scripsit epistolas,
quae hodie in Ecclesia tenentur Catholica. Fecit et hymnos
in similitudinem Ambrosii Episcopi. Moritur sub Anastasio
10 Augusto. [A. C. 496.]

Anastasius Bibliothecarius, seu quis alius, de Vitis Pontificum Romanorum, cap. 1, pag. 82, Romae a Fr. Blanchini anno 1718 editus.

Gelasius, natione Afer, ex patre Valerio, sedit annos
15 quatuor, menses octo, dies novem. * * * * Hic fecit tractatus
et hymnos, sicut beatus Ambrosius Episcopus, et libros
adversus Eutychem et Nestorium, qui hodie in bibliotheca
et Ecclesiae archivo reconditi tenentur; et post obitum ejus
cessavit episcopatus dies octo.

20 *Dies decem et octo* habet hujus operis editio Vignoliana
ibidem subsequens anno 1724. In qua positum est,—'Hic
'fecit duos libros adversus Nestorium et Eutychen, qui hodie
'in Ecclesiae archivo reconditi tenentur. Fecit tractatus et
'hymnos, sicut beatus Ambrosius Episcopus.'

EX

GELASIO I,

ROMANO EPISCOPO,

DE DUABUS NATURIS IN CHRISTO,

ADVERSUS EUTYCHEM ET NESTORIUM.

CERTE sacramenta quae sumimus corporis et sanguinis Christi divina res est, propter quod et per eadem Divinae efficimur consortes naturae; et tamen esse non desinit substantia vel natura panis et vini.
10 Et certe imago et similitudo corporis et sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis evidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum, quod in ejus imagine profitemur, celebramus, et sumimus, ut, sicut in
15 hanc, scilicet in Divinam, transeunt, Sancto Spiritu perficiente substantiam, permanente [*fors. legendum est*, permanentia] tamen in suae proprietate naturae, sic illud ipsum mysterium principale, cujus nobis efficientiam virtutemque veraciter repraesentant, ex
20 [*fors.* his ex, *Vid. Notam*] quibus constat proprie permanentibus, unum Christum, quia integrum verumque, permanere demonstrant. Bibliothecae SS. Patrum per La Bigne, Paris. 1589, tom. IV, pag. 565.

IN

GELASII EXCERPTUM

ANNOTATIONES.

P. 139. l. 4. De duabus naturis in Christo adversus Eutychem et Nestorium] Philippus Labbe de Scriptoribus 5
Ecclesiasticis, vol. 1, pag. 342, 'S. Gelasius I. Papa.——
'Baronius ad annum 496, Canus in Locis Theologicis l. vi,
'c. 8, Bellarminus, Schottus, Binius, et plures alii, passim
'contendunt non esse legitimum hujusce Papae Gelasii
'opus de duabus naturis contra Nestorium et Eutychetem, 10
'quod in haereseologia, orthodoxographis, et bibliothecis
'veterum Patrum reperitur. Verum re melius discussa,
'modo plerique censent non esse illi abjudicandum, ut
'in margine Epitomes Baronianae ad annum 496 notavit
'illustrissimus Ep. Apamiensis, Henricus Spondanus, atque 15
'ex eo Miraeus, pag. 72 et 201 suae Bibliothecae Eccle-
'siasticae. I. Quia, ut mihi locuples testis est Sirmondus
'ὁ μακαρίτης, in MSS. Codicibus probae notae descriptum
'reperitur inter indubitatas Gelasii epistolas. II. Quod
'Gelasii nomine citatur a S. Fulgentio in libro de quin- 20
'que Quaestionibus, apud Ferrandum Diaconum cap. 18,
'[vel. 19,] et a Joanne II Papa in Epistola ad Avienum
'ceterosque senatores, qua fidem de Christi Divinitate
'et Incarnatione exquisitis undequaque testimoniis con-
'firmat, aliisque recentioribus. III. Accedunt et alii suf- 25
'fragatores, Gennadius Massiliensis cap. 94 de Scripto-
'ribus Ecclesiasticis, et ex eo Honorius Augustod. libello
'iii, cap. 93, atque ipse Anastasius S. R. E. bibliothe-
'carius, aut quis alius in Gelasii vita.' Ad haec accipe
quae hac de re monuit Guil. Cavius in Hist. Lit. vol. I. 30
p. 463, voce Gelasius: 'Liber contra Eutychem et Nesto-
'rium de duabus in Christo naturis, a Gennadio [de
'Script. Eccl. c. 34.] olim memoratus, a S. Fulgentio lib.
'de 5 Quaestionibus apud Ferrandum Diac. c. 18, et a Jo-
'hanne II Papa in Epistola ad Avienum sub Gelasii nostri 35

'nomine diserte citatus; ei etiam ab Anastasio bibliothe-
'cario [Lib. Pontif. Concil. tom. IV, pag. 1054,] ascriptus.
'In eo validissimum adversus panis et vini eucharistici in
'corpus et sanguinem Domini nostri conversionem substan-
5 'tialem testimonium reddit Gelasius. Quamobrem scrip-
'tores pontificii, Baronius, Bellarminus, Gregorius de Va-
'lentia, Suarez, aliique, opus istud Gelasio Papae omni
'studio abjudicare conantur: his Gelasio Cyziceno, illis Ge-
'lasio Caesariensi, tribuentibus. Verum frustra omnes;
10 'magna enim est veritas et praevaluit. Tandem vi veri-
'tatis adactus manus dedit ipse Labbaeus. [Dissert. de
'Script. Eccl. cap. i, p. 342.] In quinque olim libros di-
'visum videtur istud Gelasii opus, totidem enim memorat
'liber Pontificalis. Μονόβιβλον tamen vocat Photius, Cod.
15 '102, sive non integrum in Graecum sermonem conversum
'fuerit, sive in diversa apud Graecos volumina non distinc-
'tum. Exstat iste liber in Antidoto adversus Haereses,
'Basil. 1528, fol., et cum aliis veterum scriptis de duabus
'naturis et una persona in Christo, Tiguri, 1571, fol.; denique
20 'in Biblioth. Patr. tom. VIII, p. 699.' Haec Cavius. Non-
nihil interea difficultatis res habet, quia, licet brevis sit hic
liber, non tantum Gennadius *grande volumen* eum appellat,
sed et exemplaria quaedam libri Pontificalis sub Anastasii
nomine editi quinque libros de eadem re Gelasio tribuunt.
25 Quod ad Photium attinet, nihil huc pertinet opus, de quo
in Bibliotheca sua agit illustris scriptor, a Gelasio Episcopo
Caesareae contra Anomoeos Graece scriptum. Existimem
quidem ego scripta plura de duabus in Christo naturis,
quorum pars tantum supersit, edidisse Gelasium Papam;
30 potius quam olim in plures libros partitum fuisse opuscu-
lum quod adhuc restat. Verum hic animadvertendum est
eodem titulo *grandis voluminis* libellum Cypriani de Opere
et Eleemosynis designari ab Hieronymo in epistola ad Pam-
machium; porro autem septem maxima volumina Divinas In-
35 stitutiones suas ipsius appellare Lactantium in ipso initio
Epitomes operis ejusdem. Ad quaestionem vero quod atti-
net, an hoc volumen ab eodem Gelasio Romano Episcopo
compositum sit, illam extra dubium ponunt ῥήσεις a Spondano
commemoratae, quas quidem ex Gelasii hoc opere Sanctus
40 Fulgentius in Epistola xiv excerpsit, §. xix, pag. 14, vol. XI
Bibliothecae Patrum Gallandianae. In hac enim epistola
Fulgentius Ferrando respondens ad propositas quinque quae-
stiones, ubi Latinorum tantum Patrum, Augustini, Ambrosii,
Leonisque M. ῥήσεις adducit, *beatae memoriae Papam Ge-*
45 *lasium* testem ipsis illius verbis allatis profert.

P. 139. l. 6. Certe] In Bibliotheca PP. unde haec deprompta sunt, et in Haereseologia mendose exstat *certa*, et *sumus* pro *sumimus*, et infra lin. 15 *transeant* pro *transeunt*. Emendata verba alii praestant.

Ibid. l. 9. substantia vel natura] Supra scripserat Gelasius,——'quum utique nulla res sit quae non propriam 'possit habere substantiam, substantia vero nulla sit quae 'non natura dicatur; nam remove naturam cujuslibet sub- 'sistentiae, tollis etiam sine dubitatione substantiam; sub- 'lata substantia, pariter res quaelibet illa tollitur.' pag. 563. et haec postea, 'Unde quod nos homines imperiti duos 'Christos adseverare, delirant [h. e. delirantes dicunt, vid. 'supra pag. 118.], quia dicamus proprietatem uniuscujusque 'substantiae vel naturae in Christo manere perpetuam, do- 'lenda potius eorum grandis est coecitas' &c.

Ibid. l. 15. transeunt] Videlicet mysteria.

Ibid. l. 16. permanente tamen in suae proprietate naturae] Evidenter legendum ait Albertinus, *in sua proprietate natura*, de Sacramento Eucharistiae lib. II, pag. 858, Gelasium afferens. Malim ego reponere *permanentia*. Recte distinxit ille post voces, *quia integrum verumque*. Supra habet auctor, *et sic unus non est, sicut integer non est; et sicut integer non est, sic unus non est*. [forsitan, permanente tamen suae proprietate naturae.]

Ibid. l. 20. ex quibus constat proprie permanentibus] Quum Petrus Martyr, in Disputatione de Eucharistia Gelasium testem citans, in fol. 8 habeat, *ex his quibus constat proprie permanentibus*, rescribendum videtur, *his ex quibus*. Hoc est, iis naturis, ex quibus constat mysterium principale, proprie permanentibus. Sic supra ait auctor, *salva proprietate utriusque naturae, ex quibus hoc mysterium constare non dubium est, et sine quibus constare non posse manifestum est*. Porro, ut mihi jam innotuit, Petrus de Marca, Archiepiscopus Parisiensis, in Dissert. De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, Paris. 1668, Gelasii sententiam his verbis repraesentat—'Unde consequitur recte observatum a 'Gelasio, Sacramenta corporis et sanguinis Christi divinam 'rem esse, quia panis et vinum in divinam transeunt sub- 'stantiam, S. Spiritu perficiente, nempe in corpus Christi 'spiritale; sed ex alia parte non desinere substantiam et na- 'turam panis et vini, sed ea permanere in suae proprietate 'naturae.' Finem versus, in edit. 1669, p. 68. Cons. Dissert. De Transubstantiatione in vol. II Tractatuum existente Controversia Papistica, p. 295.

Gelasio jam adducto testimonium aliud subjungam ex

opere quadripartito Ephraemii Junioris desumptum, quod recensuit Photius, Cod. CCXXIX. Is fuit post initia saeculi sexti Patriarcha Antiochenus. Disputans enim, sicut Gelasius, contra Nestorium et Eutychem, haec posuit—*οὕτω καὶ
5 τὸ παρὰ τῶν πιστῶν λαμβανόμενον σῶμα Χριστοῦ καὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας οὐκ ἐξίσταται, καὶ τῆς νοητῆς ἀδιαίρετον μένει χάριτος. Καὶ τὸ βάπτισμα δὲ πνευματικὸν, ὅλον γενόμενον καὶ ἐν ὑπάρχον, καὶ τὸ ἴδιον τῆς αἰσθητῆς οὐσίας, τοῦ ὕδατος λέγω, διασώζει, καὶ ὃ γέγονεν, οὐκ ἀπώλεσεν.* p. 793 ed. Rothomag.
10 1653.—*sic et a fidelibus sumptum Christi corpus, a sensibili substantia non absistit, et indivisum a gratia intelligibile manet. Et spiritualis baptismus totum factum et unum existens, quod proprium est sensibilis substantiae, aquae inquam, servat, et quod factum est non perdit.*
15 Haec Ephraemius Antiochenus apud Photium; quibus verbis addam illa Facundi Hermaniensis Episcopi, medio eodem saeculo sexto in Africa scribentis. Is nempe in libro pro Tribus Capitulis a Sirmondo primum edito, confutans eos, qui dicebant, Christum per baptismum adoptionem filiorum
20 adeptum esse, in hunc modum disputat. 'Adoptionem quo- 'que filiorum suscepisse Christum, si antiqui doctores Eccle- 'siae dixisse monstrarentur, nec ipsi, nec omnis Ecclesia, 'quae tales doctores habuit, judicari deberent haeretici. Nam 'sacramentum adoptionis suscipere dignatus est Christus, et
25 'quando circumcisus est, et quando baptizatus est; et potest 'sacramentum adoptionis, adoptio nuncupari; sicut sacra- 'mentum corporis et sanguinis ejus, quod est in pane et 'poculo consecrato, corpus ejus et sanguinem dicimus; non 'quod proprie corpus ejus sit panis, et poculum sanguis;
30 'sed quod in se mysterium corporis ejus, sanguinisque con- 'tineant. Hinc et ipse Dominus benedictum panem et cali- 'cem, quem discipulis tradidit, corpus et sanguinem suum 'vocavit. Quocirca sicut Christi fideles, sacramentum cor- 'poris et sanguinis ejus accipientes, corpus et sanguinum
35 'Christi recte dicuntur accipere, sic et ipse Christus, sacra- 'mentum adoptionis filiorum cum suscepisset, potuit recte 'dici adoptionem filiorum suscepisse: alioquin neque de no- 'bis dicendum est &c.' Facundi Herm. pro Tribus Capitulis Concilii Chalced. lib. IX, cap. 5, p. 404, edit. Paris. 1629.
40 Denique animum adverte, indicari in Epistola ad Heribaldum a Rhabano Mauro, qui saeculo nono fuit Archiepiscopus Moguntinus, tunc exortam esse novam quandam de hac re opinionem. 'Quidam,' inquit, 'nuper de ipso sacramento cor- 'poris et sanguinis Domini non rite sentientes dixerunt, hoc
45 'ipsum esse corpus et sanguinem Domini quod de Maria Vir-

'gine natum est, et in quo ipse Dominus passus est in cruce, 'et resurrexit de sepulchro. Cui errori, quantum potuimus, 'ad Eigilum abbatem scribentes, de corpore ipso quod vere 'credendum sit aperuimus.' Rhabani Epistola ad Heribaldum Episcopum Autissiodorensem, calci Reginonis de Ecclesiasticis Disciplinis a Steph. Baluzio apposita. cap. 33, p. 517. In his vero Rhabani verbis repraesentandis Mabillonium secutus sum, qui in vol. IV Veterum Analect. pag. 626, post editam a Baluzio Rhabani epistolam caput ejus 33 ex Codicibus Correxit. Quum enim olim minus recte abesset verbum *esse* post *hoc ipsum*, Baluzius post illa, *et resurrexit de sepulchro*, aliunde supplenda, *idem esse quod sumitur in altare*, existimaverat.

Sed, antequam Gelasium missum faciam, aliud quiddam ex eo affero. Ad decretum illud quod attinet, in Concilio Chalcedonensi in gratiam sedis CPol. renovatum, Gelasius, in Epistola ad Dardaniae Episcopos, Leoni M. opponenti se privilegiis illis cessisse Anatolium Praesulem CP. atque in apostolici Praesulis totum dixisse positum potestate, testatus est. Vide Tom. IV Concil. p. 1107 ed. Labbe. Idque verum esse quod retulit Gelasius, ex Anatolii ipsius verbis constat, in Epistola ejus adhuc superstite ad Leonem. Cons. S. Leonis M. Op. vol. I, p. 1263 ed. Ballerinorum. Utrum vero reipsa, non verbo tenus, cesserit Anatolius, id incertum videri potest, quum ibidem tradat Gelasius non diu postea, Leone Thrace Imperatore Constantinopoli, legatum Ecclesiae Romanae illi canoni consensum suum recusasse. Certe idem ille apud Orientales vim obtinuit; porro autem in prisca Latina canonum versione, sub haec tempora quae condita est, reperitur. Vide supra pp. 117–119, et Vol. I. p. 418.

EX

LIBRO DIURNO

ROMANORUM PONTIFICUM.

EX

LIBRO DIURNO

ROMANORUM PONTIFICUM,

A JOANNE GARNERIO PRESBYTERO E SOCIETATE JESU IN LUCEM EDITO.

Secunda Professio Fidei.

ILL. Episcopus sanctae catholicae et apostolicae
Ecclesiae urbis Romae, reverentissimis fratribus, et
dilectissimis filiis, seu universae plebi.

10 Apostolicae sedis officium, dilectissimi, ad quod,
superna gratia ita providente ac suffragante, perve-
nimus, cum tanto cordis stupore ac humilitate nos
suscipere debere perpendimus, quantum ad ejus ac-
cessum [*fors.* excessum] nostram pusillitatem incom-
15 parabiliter imparem esse cognoscimus: quia neque
pro meritis praecedentibus hoc nobis collatum adver-
timus, neque propter solertiam gubernandi com-
missum fuisse permittimus. [*An* percipimus?] Sed
clementissimi Dei nostri misericorditer inclinata sub-
20 limitas hoc fieri vestris obsecrationibus annuit, et
eligentium nos atque concurrentium sententiam,
tanquam jugum piae nobis dispensationis, impressit.

Idcirco, carissimi, pusillanimitatem quam in nobis
aspicitis, crebris orationibus adjuvate: pro nobis apud
25 Dei clementiam cum fletibus intercedite, ut impo-
tentiam quae in nobis est, Dei nostri omnipotentia

roboret, et qui omnes Filii sui pretioso sanguine dignatus est redimere, etiam nostrae fragilitatis officium placatus dignetur aspicere.

Verum etsi virtutum indoles nequaquam in nobis est, evangelicae tamen atque apostolicae fidei salu- 5 taris integritas inlibata atque perfecta, Christo annuente, et nunc in nobis est, et eadem fine tenus permanebit.

Quamquam ergo merita Pontificum praedecessorum nec imitari possumus nec condigne pensare, 10 horum tamen spiritales regulas medullitus conservamus, et salutiferis sanctorum Patrum doctrinis innitimur, hisque tanquam inexpugnabili muro praecincti, confidimus cuncta inimicorum fidei tela destruere, et veritatem oppugnantes mentes, eorum et 15 praesidio et auctoritate prosternere.

Horum traditionibus juxta capacitatem instructi, devota mente omni Ecclesiae profitemur, et coram Deo conscientiarum teste satisfacimus, quaecumque ad stabilitatem Christianae religionis et rectitudinem 20 catholicae fidei congruunt, quod et fidelium de nobis exspectat optatus, et audire designat intuitus, nos facturos.

Cognoscat itaque vestra dilectio, et integra nos satisfactione praedicare, tenere, ac defendere, praedi- 25 caturosque esse confidat fidem Christi, quam Apostoli tradiderunt, Apostolorum discipuli docuerunt, eorumque successores, apostolici nostri ac probatissimi praedecessores, immutabiliter servaverunt ac defenderunt. 30

Etenim hujus apostolicae traditionis normam inviolabiliter custodiemus, quam venerandum sanctorum trecentorum decem et octo Patrum Concilium,

quod in Nicaea sub magno Principe Constantino convenit, Dei gratia revelante, redegit in symbolum, et consubstantialem Patri Filium praedicavit; et Verbum Dei Deum verum esse confirmans Dominum
5 nostrum Jesum Christum, Arium Deitatem blasphemantem, cum suis consortibus expulit, et ut diaboli ministros aeterno anathemate condemnavit.

Dehinc secundum Constantinopolitanum adaeque sanctum, centum quoque quinquaginta Patrum, Con-
10 cilium, sub imperialis memoriae majore Theodosio, in regiam urbem concurrens, quod symbolo deesse putabatur exposuit, et gratia Spiritus Sancti inlustrante, Deum esse Spiritum Sanctum, Patrique et Filio, utpote consubstantialem, coadorandum an-
15 nexit: unde Macedonium rebellem Spiritus Sancti, et Apollinarem cum suis sacrilegis complicibus, perpetui anathematis censura prostravit.

Per haec duo sacra Concilia sanctam et inseparabilem Trinitatem, unum Deum, unamque Trinitatis
20 substantiam esse cognoscimus; Trinitatemque in unitate, et unitatem in Trinitate palam praedicare didicimus, ut unum Deum, propter unitatem essentiae, fateamur, et Trinitatem inseparabilem, propter substantiarum atque personarum differentiam, doceа-
25 mus; dum de Patre Filius aeternaliter nascitur, Spiritus Sanctus de Patre procedere confirmatur, eumdem Dei Filius *de suo accipere* perhibet, et in nomine suo mitti a Patre Spiritum Sanctum manifestat, et insufflando discipulis, *Accipite Spiritum*
30 *Sanctum*, utpote de se procedentem, adnuntiat; et in coelos ascendens, ut promiserat, Paracletum ad discipulos mittit.

Joan. xvi. 14.

Joan. xx. 22.

Ex hoc ergo vivaciter [*fors.* veraciter] edocemur

et unicam divinitatis essentiam, et propter inconfusas subsistentiarum proprietates, Trinitatem praedicare perfectam. Patris igitur et Filii et Spiritus Sancti, sicut una vere est Divinitas, ita una est gloria, imperium, majestas, virtus, atque potentia, una quoque 5 eorum naturalis voluntas, et una est operatio.

Quibus duobus universalibus venerandisque Conciliis tertium generale ducentorum sanctorum Patrum accessit Concilium, quod sub principalis quidem memoriae Theodosio Augusto factum est, ex auctori- 10 tate tamen Caelestini apostolicae sedis Antistitis, cum beato Cyrillo Alexandrinae Ecclesiae Praesule, prius in Ephesinam urbem convenit; in quo unitio in Christo convenientium naturarum, id est, Deitatis atque humanitatis in Christo connexio secundum 15 subsistentiam, salubriter praedicata est; et profanus hominicola Nestorius, Dominicae dispensationi infestus, utpote qui adorandae incarnationis arcanum, Deum ab homine separando, disjunxerat, et sanctam Virginem Mariam Dei Genitricem blasphemis 20 vocibus objurgabat, per duodecim veneranda capitula, multiplici anathemate in perpetuam condemnationem cum sociis suis dejectus est, confiteri veraciter nolens, quod *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, id est, Deus Verbum, 25 idemque Filius Dei, pro nobis factus est homo, id quod erat manens, factus est quod non erat; et quia simul caro, simul Verbi caro animata anima rationali, in Verbo quippe hoc ipsum subsistere habuit. 30

Joan. i. 14.

Pro hujusmodi ergo de incarnatione Dei Verbi regulis explanandis, etiam quartum sanctum sexcentorum triginta Patrum sanctorum Concilium, sub

augustae memoriae Marciano Imperatore, in Calchedona concurrit, cui apostolicus Papa Leo per legatos et vicarios praefuit; cujus, Dei gratia reserante, venerabili tomo firmati Patres sententialiter promul-
5 gaverunt, ex duabus et in duabus naturis sive substantiis, id est, Deitate atque humanitate, unum eumdemque Filium Dei Dominum Jesum Christum; et quod in nullo perempta sit differentia naturarum, magis autem, salva proprietate, utraque natura in
10 unam personam atque subsistentiam concurrerit; etenim ex quibus eum veraciter subsistere credimus, in eisdem inconfuse, inseparabiliter, et indivise, et esse et contemplari nihilominus praedicamus. Quibus acquiescere nolentes blasphemus Dioscorus, si-
15 mul et delirus Eutyches, anathematis justi censura, cum fautoribus suis, percussi sunt.

Haec igitur sancta atque universalia quatuor Concilia, etiam sanctum quintum Concilium venerandum assecutum est, et sub piae memoriae Justiniano
20 principe apud Constantinopolitanam urbem est congregatum, cujus salutari consultu, unus esse de sancta Trinitate Dominus noster Jesus Christus veraciter praedicatus est; et confundentes ac dividentes sacrae ejus incarnationis arcanum, istius vocis
25 spiritali mucrone prostrati sunt.

In hoc Origenes, cum impiis discipulis et sequacibus, Didymo et Evagrio, et qui creatorem omnium Deum et omnem rationalem ejus creaturam gentilibus fabulis prosecuti sunt, aeternae sunt condem-
30 nationi submissi.

In eo Theodorus Mopsuestenus, auctor Nestorii, pariterque Diodorus, et omnes exsecrandae divisionis discipuli, qui et Semini-Nestoriani vocati sunt, sub

anathematis aeterna censura ab Ecclesia Dei projecti sunt. Cum his et epistola, quae Ibae dicitur ad Marim Persam, et scripta Theodoriti adversus beatissimum Cyrillum, cum condemnatione projecta sunt.

In hoc Severus Acephalus, cum Petro et Zoara, ceterisque eorum impiae confusionis consortibus atque sequacibus, perpetua condemnatione prostrati sunt, et omnes qui ex duabus et in duabus naturis sive substantiis, cum earum proprietatibus, unum eumdemque Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei cognoscere renuunt. Qui quum Deus sit consubstantialis Patri atque coaeternus, propter nos nostramque salutem descendit de coelo, et incarnatus est de Spiritu Sancto: id est, operatione Sancti Spiritus virgo Dei Filium concepit, carne animam habente rationalem atque intellectualem; in qua carne et crucifixus est, et mortuus est, et tertia die, sicut voluit, resurrexit a mortuis, mortis nostrae dissolvens imperium; in qua carne, quam ex nobis assumpsit absque solo peccato, sedet ad dexteram Patris, in ea venturus judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis.

Inter haec veneranda universalia quinque Concilia etiam sanctum sextum Concilium universale centum septuaginta quinque venerabilium Praesulum praedicamus, quod favente Deo, et votum piae memoriae magni Principis nostri Domini Constantini clementer implente, in urbe regia, eo praesidente, celebratum est, cui apostolicae recordationis Agatho Papa per legatos suos et responsales praefuit, cujus venerabilem tomum celebriter assequentes, eos qui novo et haeretico dogmate immaculatam Dei Ecclesiam polluere nitebantur, et errasse manifestius proba-

verunt, et cum sui erroris auctoribus atque fautoribus, perpetuo anathemate damnaverunt.

Recte atque veraciter statuentes, sicut duas unius Domini nostri Jesu Christi naturas, id est, Deitatem 5 et humanitatem, cujus duas nativitates esse cognoscimus, de Patre videlicet, ex aeterno, de matre, de qua humanitas ei accessit, ex tempore; ita duas quoque substantias unius ejusdemque personae confitemur, juxta subsistentiam unitas, ex quibus et in 10 quibus idem Dominus noster Jesus Christus Filius Dei et adnuntiatur et creditur; quia totus Deus totus factus est homo, et in suis integer manens, etiam in nostris perfectus apparuit, absque solo peccato, quia in se salvare totum hominem venerat; ita 15 quoque et duas naturales habere voluntates, duasque naturales operationes, secundum sanctorum Patrum doctrinam, decreverunt.

Heb. iv. 15.

Auctores vero novi haeretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum, et Petrum, Constantinopolitanos, 20 una cum Honorio, qui pravis eorum assertionibus fomentum impendit, pariterque et Theodorum Pharanitanum, et Cyrum Alexandrinum, cum eorum imitatoribus, simulque et hos, qui haeretica dogmata contra veritatem fidei synodaliter declaratam atque 25 praedicatam, pertinaciter defendebant.

Pessimum etiam et Deo odibilem Macarium, cum ejus discipulo et magistro impietatis, Stephano, et Polychronio deliro sene, novo Simone, cum omnibus haereticis scriptis atque sequacibus, nexu perpetui 30 anathematis devinxerunt, qui unam exsecrabiliter asserebant voluntatem, et unam operationem in Christo; quam neque divinam, neque humanam, neque inconditam, neque conditam poterant demon-

strare, sed velut confusam atque congregatam. Sicut de naturis impius Eutyches, ita de naturalibus voluntatibus atque operationibus Christi, juxta haereticorum praestigias, nitebantur defendere.

Sed et eos qui unam simul et duas voluntates et 5 operationes in Christo dicere praesumebant, sive nec unam, nec duas; vel qui proprietates naturarum Christi confundere vel exstinguere nisi sunt, vel nituntur, pari cum eis anathemate mulctaverunt.

Propterea quosquos, vel quaeque sancta sex uni- 10 versalia Concilia abjecerunt, simili etiam nos condemnatione percellimus anathematis.

Cum supra fatis haereticis, Sabellium, Paulum Samosatenum, Marim Persam, Montanum, Donatum, Eunomium, Novatum, Sabbatium, Acacium, 15 Anthimum, Julianum Halicarnasseum, Theodosium, Gaianum, Priscillianum, Pelagium, Caelestium, et Julianum eorum discipulum, et cum eis simul omnes haereticos eorumque simul sequaces exsecramur ac condemnamus. 20

Quosque vero vel quaeque eadem sex sancta Concilia susceperunt, ut rectae fidei consortes suscipimus, et cum eadem reverentia ore et corde veneramur.

Sed et hoc vestrae caritati, Christo annuente, pol- 25 licemur, cuncta, quae hujus apostolicae sedis praefati Pontifices, apostolici praedecessores nostri, synodaliter statuerunt, cum toto mentis studio et puritate nos esse conservaturos et ad defendendam rectae fidei puritatem, eorumdem praesidio, coram hominibus 30 esse sequipedam.

Unde et districti anathematis interdictioni subjicimus, si quis unquam, seu nos, sive est alius, qui

novum aliquid praesumat contra hujusmodi evangelicam traditionem, et orthodoxae fidei Christianaeque religionis integritatem; vel quidquam contrarium annitendo immutare sive subtrahere de inte-
5 gritate fidei nostrae tentaverit, vel ausu sacrilego hoc praesumentibus consentire.

Ut sinceritas perfectae nostrae fidei vestrae caritati manifestius clareat, praesentem nostrae professionis paginam per Ill. Notarium scriptam, cum nostrae
10 manus subscriptione, coram omnibus relectam, in confessione beati Petri Apostolorum principis, deposuimus, tanquam ipso testificante de puritate conscientiae nostrae, cui claves ligandi atque solvendi in terra et in coelo omnium Salvator et Dominus
15 tradidit.

Ill. gratia Dei Episcopus sanctae catholicae et apostolicae Ecclesiae urbis Romae huic professioni rectae et orthodoxae fidei, sicut superius legitur, subscripsi, eamque ad corpus tuum, beate Petre
20 Apostole, obtuli consolidandam.

Tit. ix. pag. 32—44. edit. Garnerianae, Paris. 1680.

IN

LIBRUM DIURNUM

ROMANORUM PONTIFICUM

ANNOTATIONES.

P. 147. l. 1. Ex Libro Diurno] Editionis Garnerianae 5
titulus est, 'Liber Diurnus Romanorum Pontificum ex
'antiquissimo Codice MS. nunc primum in lucem editus
'opera et studio Joannis Garnerii, Presbyteri e Societate
'Jesu, qui Notas Dissertationesque addidit.' Parisiis 1680,
4to. Recusa est haec editio a C. G. Hoffmanno in Nov. 10
Scriptorum ac Monumentorum Collectione, tom. II, Lips.
1733, 4to, sine additamento. Quae vero de Libro hoc
Diurno scripsit praestantissimus Cavius in Historia sua Literaria, ea primo loco afferam.

'Liber Diurnus, quo solemnes literarum, aliarumque 15
'rerum ecclesiasticarum formulae a Pontificibus Romanis
'antiquitus usurpari solitae continentur, novem capita com-
'plectitur, quovis capite plures sub se titulos continente.
'Quis fuerit, qui primus has formulas collegit et digessit,
'hactenus ignoratur. Liber ipse collectus videtur, ut non 20
'sine summa verisimilitudine conjicit Garnerius, sub Gre-
'gorio II, circa annum 715, quod, praeter MS. Codicis
'nongentorum circiter annorum vetustatem, multa in ipso
'libro suadere videntur.' [Garnerii verba sunt in Praefatione, §. 13, 'Nihil probabilius dici posse reor, nihil de- 25
'finiri certius, quam quod ad Gregorii II prima tempora
'pertineat, sitque compositus paulo post annum 714; id
'enim si ponatur, congruent omnia, consentientque tum inter
'se, tum historiae, ut et in observationibus annotabitur, prout
'sese res et temporis notae offerunt.' Haec Garnerius.] 30
'Opus diu suppressum, diu desideratum, tandem eruit, et
'notis, ut solet omnia, doctissimis illustravit Johannes
'Garnerius, Paris. 1680, 4to. In hisce formulis duo prae

'ceteris notari merentur. 1°. Octavo adhuc saeculo in
'more fuisse positum, ut, defuncto Pontifice, ab his qui
'sedis apostolicae vicem servabant, Exarchus Ravennae ea
'de re certior redderetur; et ut electo, convenientibus non
5 'cleri modo sed optimatum etiam et populi votis, succes-
'sore, relatio ad Imperatorem CP. fieret, electionis appro-
'bationem submisse rogans; missis etiam ad optimates tum
'Ravennae tum Constantinopoli positos literis, praecipue
'vero ad Exarchum, ut electionem vel nomine Principis
10 'confirmaret, vel confirmandam curaret. Nec nisi accepta
'demum hac confirmatione Pontificem ordinari fas erat.
'Quae omnia ex ipsis formulis sole clariora elucescunt.
'2°. Pontificem jamjam ordinandum ad corpus B. Petri so-
'lemnem fidei professionem edere solitum, qua non modo
15 'sex sacra oecumenica Concilia diserte approbavit, verum
''auctores novi haeretici dogmatis, Sergium, Pyrrhum, Pau-
'lum, et Petrum CP. una cum Honorio qui pravis eorum
'assertionibus fomentum impendit' (ipsius formulae verbis
'utor) anathematis condemnatione nominatim perculit. Un-
20 'de manifesto constat futile illud Baronii, Bellarmini, et
'recentiorum hyperaspistarum *κρησφύγετον*, qui Honorii no-
'men Actis sextae Synodi a Graeculo quodam fuisse in-
'trusum, absque vel levissima verisimilitudinis umbra, com-
'miniscuntur. Alia lectori antiquitatis ecclesiasticae curioso
25 'notatu sane dignissima ipsa Libri Diurni lectio suppedi-
'tabit. Vetustum hujus Libri Diurni Codicem ex Hila-
'rione Rancato Cisterciensi acceperat olim Leo Allatius, et
'exscriptum publicare in animo habuit; verum impressione
'prohibita, in lucem edere fas ei non erat: hunc ipsum
30 'Codicem inspexit cl. Mabillonius et exinde plurima ex-
'cerpsit, quae supplementi vice ad editionem Garnerianam
'nobis exhibet Musaei Ital. tom. 1, part. ii, pag. 32. Vide
'etiam quae habet It. Ital. sect. 31, pag. 77.' Vol. 1 Hist.
Lit. p. 620. Supplemento Libri Diurni in eruditissimi Ma-
35 billonii Museo Italico, p. 35, subjecta est haec adnotatio:
'Liber Diurnus Romanorum Pontificum, tantae quondam
'apud eos auctoritatis, etsi modo penitus obsoletus, non ta-
'men insuper habendus est ob antiquitatis commendationem.
'Quapropter quum in manus nostras incidisset vetustissi-
40 'mum annorum octingentorum exemplar, quo usus est Lucas
'Holstenius in adornanda illa, quam meditabatur, hujusce
'libri editione, aliquod operae pretium nos facturos existi-
'mavimus, si praedictum exemplar cum editione Garneriana
'conferremus. Exemplum Codicis, quem Hilarion Rancatus,
45 'monachus Cisterciensis, Holstenio ad unam noctem, ut in

'Itinere nostro diximus, commodaverat, habuit Garnerius, 'qui *Romanum* Codicem, eumque *antiquissimum* vocat, 'ejusque capitula, paucis omissis, in sua praefatione refert. 'Exciderunt ipsi, nescio qua causa, forte ob exempli de-'fectum, nonnulla capita, quae mox retulimus.' Adhaec 5 narrat Steph. Baluzius in Notis ad Petrum de Marca de Concordia Sacerdotii et Imperii, edit. Paris. 1704, p. 55, librum edere Diurnum voluisse Lucam Holstenium, et jam typis Romanis mandavisse anno 1660, [an. 1658, teste Steph. Borgia in Vaticana Confessione B. Petri, p. cxiv,] sed sup- 10 pressum librum Romae fuisse; additque, se novam ejus editionem, integriorem et meliorem, emendatam videlicet ad fidem vetustissimorum exemplarium, paravisse. Nunquam editio hic designata typis impressa est. Consulas bibliographos, praecipue Clementem in *Bibliothèque Raison.* vol. 15 IX, p. 64–66.

P. 147. l. 7. Ill. episcopus] Supra notaverat Garnerius, 'Ita veteres pro eo quod nunc N ponitur, cum locum nomi-'nis indicare placet.'

Ibid. l. 13. accessum] Melius fuerit, *excessum.* 20

Ibid. l. 18. permittimus] Loco conveniret *percipimus.*

P. 148. l. 22. audire designat intuitus] Inde constat professionem hanc fidei, etsi videatur habere formam epistolae, in Ecclesia tamen dictam; neque enim haec verba ad alios pertinere possunt quam auditores, qui praesenti suum tes- 25 tentur nutu desiderium. GARNERIUS.

P. 149. l. 33. vivaciter edocemus] Malim *veraciter* cum verbo *praedicare* constructum, prout infra.

P. 151. lin. ult. Semini-Nestoriani] *Seminiverbius* vocabulum, expressum ex Graeco σπερμολόγος, ex Oderici Vita- 30 lis Ecclesiastica Historia profert Vossius Lib. III, De Vitiis Sermonis, cap. 48, p. 622. De auctoribus Nestorianismi, sive illis qui propter scripta sua origines ejus audiebant, hic agitur.

P. 153. l. 18. Auctores novi dogmatis] Dogma intelligit 35 de unica voluntate Christi, quod licet reipsa non differret ab Eutychiano, se tamen aliena sub forma dissimulabat. GARNERIUS.

Ibid. l. 20. una cum Honorio] De Honorio ita Hadrianus II in Synodo Romana, quae refertur in VIII Conc. 40 Gener. Act. 7: 'Intolerabilis est ita praesumptio, et hanc 'praecordiorum aures ferre non possunt. Quis unquam 'vestrum tale quid audivit? vel quis hujus temeritatis, sal-'tem lectione, immensitatem invenit? Siquidem Romanum 'Pontificem de omnium Ecclesiarum Praesulibus judicasse le- 45

'gimus; de eo vero quemquam judicasse non legimus. Licet 'enim Honorio post mortem anathema sit dictum ab Orientalibus, sciendum tamen est, quia fuerat super haeresi accu'satus, propter quam solam licitum est minoribus majorum 5 'suorum moribus resistendi, vel pravos sensus libere respu'endi. Quamvis et ibi nec Patriarcharum, nec ceterorum 'Praesulum cuipiam de eo quamlibet fas fuerit proferendi 'sententiam, nisi ejusdem primae sedis Pontificis consensus 'praecessisset auctoritas.' Sic se habet Anastasii versio, Grae-10 cus textus paulo aliter. Observandum Hadrianum IV Pontificatum inivisse anno 867, atque adeo hanc ipsam professionem fidei edidisse quum primum sedere coepit. GARNER.

P. 153. l. 21. Theodorum Pharanitanum] Urbis Pharan in Arabia Petraea Episcopum, saeculi septimi Monotheli-15 tam.

P. 154. l. 16. Theodosium, Gaianum] De Theodosio Alexandrino Episcopo, Eutychis assecla, agens Cavius, in voce, refert, Gaianum Archidiaconum Alexandrinum, qui Aphthartodocita fuit, Theodosium sede vi deturbavisse, et diebus 103 eam tenu-20 isse. Hist. Lit. vol. 1, p. 516.

Ibid. l. 18. Julianum] Eclanensem Episcopum, qui a Caelestio, quem Pelagius corruperat, haeresim didicit, factus postmodum ex discipulo magister totius factionis. Marius Mercator de ipso tradit quae nullus alius distincte. Vide 25 nostras ad primam partem Marii Mercatoris Operum notas, et dissertationem de primis auctoribus et defensoribus haeresis Pelagianae. GARNER.

Ibid. l. 31. sequipedam] *Sequipedes, sectatores, sequaces, discipuli.* Du Cangii Glossarium ad Scriptores Mediae et 30 Infimae Latinitatis, pag. 403.

P. 155. l. 11. in confessione beati Petri] Hoc est, in sepulchro S. Petri, ut infra patet. Vide et Steph. Borgiae opus, quod inscribitur, Vaticana Confessio Beati Petri Principis Apostolorum, Romae, 1776.

35 In Appendice ad Notas suas in Librum Diurnum adjecit Garnerius Dissertationem bene longam, in qua vult ostendere, Honorium Papam anathemate damnatum fuisse ab Ecclesia, quia haeresim alienam, non suam, perimere neglexisset, atque adeo ipsi revera favisset. Fac vero ita 40 rem habere ut illibata fuerit Honorii fides, quod tamen vix probari potest, quum liquido pateat eumdem Honorium a Concilio generali condemnatum fuisse, propterea quod, ut acta ejus ab ipso Garnerio allata testantur, una cum aliis unius voluntatis et operationis in duabus Christi naturis 45 haeresin in populum catholicum spargeret, idque porro con-

stet, a successoribus ejus, Romanae urbis Episcopis, 'condem-
'natione anathematis perculsum esse Honorium, quod pra-
'vis haereticorum assertionibus fomentum impenderet;' hoc
interea certissimum est, tum Concilium generale, tum ipsos
Romanos Praesules, censuisse excommunicari posse et de- 5
bere urbis Romae Episcopum, si haeresis fautor fuerit. Ip-
sum quidem Papam errare posse in fidei articulis, id vero
plurimi homines sine probabili ratione, immo vel Papa ipso
idem hoc fatente, negant. Age vero, ita de Honorio scribit
Melchior Canus in Locis Theologicis, is qui cap. 7, libri VI, 10
rationibus theologicis conatus est probare, Romanum Pon-
tificem in fidei controversiis finiendis errare non posse; sed
tamen in cap. proxime post sequente hoc privilegium ait cir-
cumscriptum esse, et pertinere statuit ad quaestiones fide
publica, quam dicit, Pontificum decernendas. 15

'Albertus Pighius Campensis,' ait Canus, 'non aliter po-
'tuit occurrere [argumento], quam omnes Romanos Pon-
'tifices erroris nota liberando. Ita contendit nullum un-
'quam in haeresim incidisse. Atque ut Anastasium in li-
'bertatem assereret, Gratianum vexavit contumeliosissime, 20
'jurisperitis turpissime maledixit; ut vero Honorium tue-
'retur, sextae generalis Synodi exemplaria falsarios corru-
'pisse, multis conjecturis suadere nisus est; deinde etiam
'in eam opinionem inclinavit, ut crederet epistolam Honorii
'ad Sergium a Graecis de more fuisse vitiatam, Synodum 25
'autem in eo judicio deceptam, quin adeo duorum Con-
'ciliorum, sexti et septimi, acta omnia calumniatus est, ac
'pro sua certe virili amborum labefactavit et auctoritatem
'et fidem. Haec vero Alberti opinatio nova quidem in
'Ecclesia est, sed ea ratione confirmari potest, quod non 30
'est verosimile, ut homini, qui haereticus esse possit, fidei
'summam Dominus commiserit; rectum enim est regula
'sui et obliqui, ut Aristoteles docet: quare si fides Romani
'Pontificis dirigere ipsum non valet, multo minus, ut vide-
'tur, alios in fide rectos efficiet. Quid, quod imbecillus in 35
'fide fratres in fide confirmare nequit? Si igitur Romanus
'Episcopus juxta Christi pollicitationem fratres suos con-
'firmaturus est, firmum ipsum esse oportebit. Quamvis au-
'tem multis in locis dicat Pighius, sicut hic dicit, satis pro-
'babiliter de summi Pontificis auctoritate, tamen non id 40
'spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei
'dicere, cui veritatem tueri ac retinere sententia est; dicit
'itaque ille multa multis locis de hac re quidem, sed aqua
'haeret, ut aiunt: defendat Liberium Pighius, quem taedio
'victum exsilii in privitatem haereticam subscripsisse, auctor 45

'est Hieronymus in Chronicis. Excuset Marcellinum, quem
'timore fractum idolis sacrificium obtulisse memoriæ pro-
'ditum est; Victorem vindicet, quem Paulianistæ suum esse
'mentiti sunt, ut scribit Eusebius V. Eccl. Hist. cap. 28;
5 'Anastasium liberet, quem sine certo et probabili testimonio
'Gratianus haereseos insimulavit. At, Honorium quomodo
'ab errore vindicabit? Quem haereticum fuisse, tradit
'Psellus in Carmine de septem Synodis, Tharasius ad sum-
'mos sacerdotes Antiochiae, Alexandriae, Sanctae Urbis, ut
10 'VII Synodo, actione 3, scriptum est, Theodorus cum Syn-
'odo sua Hierosolymitana in confessione fidei, quae habe-
'tur eadem actione tertia, Epiphanius respondens haereticis
'in conspectu Concilii ejusdem actione 6, tomo II, tota de-
'mum ipsa VII Synodus actione ultima, et in epistola ad
15 'omnes sacerdotes et clericos. Adrianus quoque Romanus
'Pontifex in actione 5 Synodi octavae generalis, de Romano
'(inquit) Pontifice quemquam judicasse non legimus: licet
'enim Honorio ab orientalibus post mortem anathema sit
'dictum, sciendum tamen est, quod fuerat super haeresi ac-
20 'cusatus: propter quam solum licitum est minoribus majo-
'rum suorum motibus resistere. Hactenus Adrianus. Ubi
'etiam addit, sententiam in Honorium latam ex Romani
'Pontificis consensu fuisse. Id quod exploratum est in VI
'Synodo generali, actione quarta. Ubi Agatho, in epistola
25 'ad Concilium, Honorium ipsum anathematizat, Beda item,
'de Natura Rerum, c. 67[a], in sexta Synodo (ait) Macarius
'cum suis sequacibus simul et praedecessoribus, Cyro, Sergio,
'Honorio, Pyrrho, anathematizatus est. In libro praeterea
'pontificali refertur Leo secundus sextam Synodum susce-
30 'pisse, in qua condemnati sunt Cyrus, Honorius, atque in
'fine sextae Synodi ponitur epistola Leonis ad Constanti-
'num, ubi post susceptum confirmatumque Concilium, ana-
'thematizamus (inquit) Cyrum, Sergium, nec non et Hono-
'rium, qui hanc apostolicam Ecclesiam non apostolicae tra-
35 'ditionis doctrina illustravit, sed profana proditione imma-
'culatam fidem subvertere conatus est.' pag. 281. Haec
literis mandavit Melchior Canus annos plus centum ante
editum a Garnerio Librum Diurnum. Iis addam, quae ad
hanc rem pertinentia de Concilio Generali VI agens Cavius
40 in Hist. Literaria posuit, vol. I. p. 606: 'Act. xiii [Concilii
'CP. III, Oecumenic. VI,] leguntur conciliabuli Alexandrini
'capitula 9, sive libellus satisfactionis inter Cyrum Alexan-
'drinum, et Theodosianos; et Cyri, Pyrrhi, Sergii, Petri,
'Honorii, aliorumque epistolae et opuscula, mox synodali

[a] [de Temporum Ratione, c. 66.]

'judicio combusta. Sed ante omnia lata est damnationis
'sententia in Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum,
'et Theodorum Pharanitam, qui tanquam Monothelitismi
'duces et fautores, anathemati subjiciuntur. Πρὸς τούτοις
'δὲ συνεκβληθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, καὶ συ- 5
'ναναθεματισθῆναι συνείδομεν καὶ Ὠνόριον, τὸν γενόμενον
'Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, &c. *Cum his vero pro-*
'*jici a sancta Dei Ecclesia, simulque anathematizari prae-*
'*vidimus et Honorium, qui fuerat Papa antiquae Romae,*
'&c. Fremunt hic loci, et ad rabiem usque debacchantur 10
'scriptores pontificii; et quibus non pugnant telis? Ligneis
'an plumbeis parum interest, dummodo cathedrae pontificiae
'honorem, et dignitatem sartam tectam tueantur. Verum
'laterem lavant, dum Honorium ab hac labe, ab hac damna-
'tionis sententia purgare student. Praeterquam enim quod 15
'ipsius Synodi Acta tot locis disertissime id testantur, testes
'dare possumus ipsius Agathonis Papae legatos, Leonis II
'qui Agathoni successit epistolas, Concilia, Quini-sextum et
'Nicaenum II, Photium in Libello Synodico, ut alios mit-
'tam. Quid, quod ex solenni professionis pontificiae formula, 20
'ab iis olim in consecratione edi solita, vel sole clarius con-
'stat, Honorium una cum Sergio, Pyrrho, &c. haereticis,
'anathematis condemnatione percuti solere? ut ex Libro
'Diurno infra ostendemus. Ut mirari subit Dan. Pape-
'brochium, hominem candidi pectoris verique amantem, 25
'affirmare, Dissert. xv ad Vit. Pontif. num. 9. p. 105, Ho-
'norium hac in parte esse excusabilem, nec Catholicum
'quemquam esse bonum qui dubitat, quin extra culpam
'eum fuisse crediderint sui successores: veteremque canit
'cantilenam, Acta fuisse corrupta, inserto Honorii nomine. 30
'Quod tanquam gratis dictum docti omnes dudum explose-
'runt. Novissimus qui in arenam descendit, Honorii cau-
'sam ex professo acturus, est J. B. Tamagninus, Venetus,
'edita Monothelitarum Historia Par. 1678, 8vo. In 4 pos-
'terioribus scrutiniis causam Honorianam dedita opera per- 35
'tractat; Honorium a VI Synodo damnatum agnoscit, plu-
'ribusque probat, et objectiunculas in contrarium solvit,
'lapsus ejus, naevosque animadvertit, in omnem tamen se
'vertit formam, quo Honorium ab haeretica labe purgaret,
'eumque in fide catholicum et orthodoxum sistat. Affirmat 40
'Honorii epistolas a Monothelitis corruptas esse, vel cor-
'rumpi potuisse, et etiamsi non sint, propositiones ejus
'sensu commodo explicari posse, ipsum nempe, non de
'una cum Monothelitis, sed de nova quadam in Christo
'voluntate loqui. Concludit tandem, quod etiamsi Hono- 45

'rius errasset in fide, non in haeresin lapsum esse formalem,
'sed solummodo materialem, videlicet, nullam in eo inter-
'venisse in dogmate suo tuendo pertinaciam; quin etsi
'errasset formaliter, non tamen infecisse sedem Petri ad-
5 'versus quam *portae inferi nunquam praevalebunt;* erra-
'vit Honorius ut persona, doctorque privatus, non ut caput
'Ecclesiae. Sed miseret me hominum, qui talia κρησφύγετα
'quaerere coacti sunt.' Haec quidem vir cl. Verumtamen
Deo maximas habemus gratias, quod omnes fere Praesules
10 Romani veram et apostolicam fidem in mysterio Incarna-
tionis, in quo sita est salus hominum aeterna, tueri persti-
terint.

EX

AELFRICI ABBATIS

AD WULFSTANUM ET WULFSINUM

EPISTOLIS.

EX

AELFRICI ABBATIS EPISTOLIS.

EX AELFRICI ABBATIS EPISTOLA

Ad Wulfstanum Archiepiscopum Eboracensem.

QUIDAM vero Presbyteri implent alabastrum suum de sacrificio quod in Pasca Domini sanctificant, et conservant per totum annum ad infirmos, quasi sanctior sit caeteris sacrificiis. Sed nimium
10 insipienter faciunt. Quia nigrescit, et putrescit tamdiu conservatum. Et Liber Poenitentialis pro tali negligentia poenitentiam magnam docet: aut si a muribus comestum sit, aut ab avibus raptum. Tam sanctum est sacrificium quod hodie sanctifi-
15 catur, quam illud quod in die Pascae consecratum est. Et ideo debetis a Dominica in Dominicam, aut per duas, vel maxime tres hebdomadas tenere sacrificium in alabastro mundo ad infirmos: ne nigrescat aut putrescat, si diutius servetur. Nam in Lege
20 Moisi ponebant sacerdotes semper omni sabbato panes propositionis calidos in tabernaculo coram Domino, et in sequenti sabbato sumebant illos soli sacerdotes et edebant, et alios novos pro eis ponebant. Facite et vos sacerdotes similiter. Custodite
25 caute sacrificium Christi ad infirmos, et edite illud, ne diutius teneatur quam oportet. Et reponite aliud

noviter sanctificatum propter necessitatem infirmorum, ne sine viatico exeant de hoc saeculo. Christus Jesus in die suae sanctae coenae accepit panem, benedixit, ac fregit, dedit discipulis suis, dicens, *Accipite, et comedite: Hoc est enim corpus meum.* 5 *Similiter et calicem accipiens gratias egit, et dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Intelligite modo sacerdotes, quod ille Dominus qui ante passionem suam 10 potuit convertere illum panem et illud vinum ad suum corpus et sanguinem, quod ipse quotidie sanctificat per manus sacerdotum suorum panem ad suum corpus spiritualiter, et vinum ad suum sanguinem. Non sit [*fors.* fit. *Vide notam.*] tamen hoc 15 sacrificium corpus ejus in quo passus est pro nobis, neque sanguis ejus, quem pro nobis effudit; sed spiritualiter corpus ejus efficitur et sanguis, sicut manna quod de coelo pluit, et aqua quae de petra fluxit. Sicut Paulus Apostolus ait, *Nolo enim vos ignorare,* 20 *fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moysi baptizati sunt in nube et in mari; et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem* 25 *de spirituali consequenti eos petra. Petra autem erat Christus.* Unde dicit Psalmista; *Panem coeli dedit eis: Panem Angelorum manducavit homo.* Nos quoque proculdubio manducamus panem angelorum; et bibimus de illa petra quae Christum significabat: 30 quotiens fideliter accedimus ad sacrificium corporis et sanguinis Christi. Apud Testimonium Antiquitatis, Lond. 1567, fol. 54. b.

AELFRICI ABBATIS

Epistola brevis seu Prologus ad eundem Wulfstanum, duabus Epistolis Canonicis suis ab eo praemissa.

Aelfricus Abbas Wulfstano venerabili Archiepiscopo salutem in Christo. Ecce paruimus vestrae almitatis jussionibus transferentes Anglice duas epistolas, quas Latino eloquio descriptas ante annum vobis destinavimus, non tamen semper ordinem sequentes, nec verbum ex verbo, sed sensum ex sensu proferentes. Quibus speramus nos quibusdam prodesse ad correctionem, quamvis sciamus aliis minime placuisse; sed non est nobis consultum semper silere, et non aperire subjectis eloquia divina, quia si praeco tacet, quis judicem venturum nuntiet? Vale feliciter in Christo. Apud Humphredi Wanleii Antiquam Literaturam Septentrional. seu Thesauri Hickesiani vol II, Oxon. 1705, pag. 22.

EX AELFRICI EPISTOLA

Ad Wulfstanum Archiepiscopum Eboracensem, Saxonice scripta: in Anglicam linguam, regnante Elizabetha, in Latinam vero, interprete Abrahamo Wheloco, conversa.

Svme pꞃeoꞅꞇaꞅ ᵹeꝼẏllaþ heoꞃa huꞅel box on eaꞅꞇꞃon. anꝺ healꝺaþ oꝼeꞃ ꞇƿelꝼmonaþ ꞇo unꞇꞃumum mannum. ꞅƿẏlce ðæꞇ huꞅel ꞅẏ haliᵹꞃe ðonne oþeꞃ. Ac hi ꝺoþ unƿiꞅlice. ꝼoꞃ þam ðe

Some priests fil their boxe for housel on Easter day, and so reserve it a whole yere for sicke men, as though that housel were more holy then any other. But they do vnaduisedlye, bicause it wax-

Sacerdotes quidam Eucharistiae pixidem in festo Paschali implent: perque [Sax. duodecim menses] totum annum aegrotantibus reservant, quasi Eucharistia isthaec quavis altera sanctior esset: verum insipienter agunt. Marcescit enim, vel tanto

hit ƿannaþ. oþþe mid ealle forrotaþ on sƿa langum fýrste. and he biþ ðonne scýldig sƿa sƿa us segþ seo boc; Se ðe husel forhýlt. oþþe hit forlýst. oþþe mýs eton. oþþe oþre nýtenu. sceaƿa ða pœnitentialem. hƿæt he sægþ be þisum; Eall sƿa halig is ðæt husel ðe biþ gehalgod to dæg. sƿa ðæt ðe biþ gehalgod on ðam halgan easter dæge; Healdaþ forþig ic bidde ðone halgan Cristes lichaman mid maran ƿisdome to seocum mannum fram sunnan dæge to sunnan dæge on sƿiþe clænum boxe. oþþe be þam mæstan feoƿertýne niht. and ðicgaþ hit ðonne. ⁊ lecgaþ ðær oþer; We habbaþ bý-

eth hory: or al together rotten by keping it so long space. And thus is he become giltie as the boke wytnesseth to vs. Yf anye do keepe the housell to long, or lose it, or myse or other beasts do eate it, see what the poenitential boke sayeth by this. So holy is altogether that housell, which is hallowed to daye, as that which is hallowed on Easter day. Wherfore I besech you to kepe that holy bodye of Christ with more aduisement for sick men from sonday to sondaye in a verye cleane boxe: or at the most not to kepe it aboue a fortnight, and then eate it laying other in the place. We haue an example hereof

tempore omnino putrescit; et tum quidem, sicut liber ait, reus existit. Qui Eucharistiam perdit, sive corrumpit, vel si mus edit, vel bestia quaevis alia, inspice poenitentialem [librum] quid de hoc dicat: illa autem Eucharistia quae hodie consecratur aeque sacra est atque illa quae sacro die Paschali consecratur. Oro igitur sacrum illud corpus Christi, majori prudentia in pixide mundiori servetis aegrotantibus, a Die Dominico ad Diem Dominicum, vel ad maximum ne ultra dies quatuordecim; et tunc demum degustetis, atque inibi alterum ponatis. Exemplum de hoc

sene be þam on Moyses bocum. sƿa sƿa God sylf bebead on Moyses æ. ðæt se sacerd sceolde on ælcum sæternes dæge settan tƿelf hlafas on þam tabernaculo ealle niƿe bacene. ða ƿæron gehatene panes propositionis. and hig sceoldon ðær standan on ðam Godes getælde oþ oþerne sæternes dæg. ⁊ etan hi ðonne ðæ sacerdas sylfe. ⁊ settan dær oþre; Sume preostas nellaþ ðicgan þæt husel þe hi halgiaþ; Nu ƿille ƿe eoƿ secgan. hu seo boc segþ be ðam; Presbyter missam celebrans. et non audens sumere sacrificium accusante conscientia sua anathema est; Se mæsse preost ðe

in Moyses bookes, as God Him selfe hath commaunded in Moyses lawe. How the priestes should set on euery saturnday twelfe loues al newe baked upon the tabernacle: the whyche were called *panes propositionis* : and those should stand their on Gods tabernacle, til the next saturnday, and then did the pristes them selues eate them, and set other in the place. Some priestes will not eate the housell, which they do hallow. But we will now declare unto you how the boke speaketh by them. *Presbyter missam celebrans, et non audens sumere sacrificium, accusante conscientia sua, anathema est.* The priste

in libris Mosaicis habemus: sicut Deus ipse jussit in Lege Mosis, quod sacerdos quovis [Sax. ait, *Saturni die*, non autem sabbato; quia diem Domin. pro sabbato aestimaverint; non diem Saturni] sabbato supponeret in tabernaculo, duodecim panes, cunctos recens pistos, qui dicti erant panes propositionis: quique persisterent in tabernaculo usque ad alterum sabbatum: atque tunc edant ipsi sacerdotes, ibique alteros substituant: nolunt quidam sacerdotes gustare illam Eucharistiam quam ipsi consecrant: nunc autem dicemus vobis quid de hoc liber monuerit. *Presbyter missam celebrans, et non audens sumere sacrificium, accusante* [Sax. *sciens se reum*] *conscientia sua, anathema est.* Minor ex-

mæssaþ. and ne dear ðæt husel ðicȝan. ƿat hine scyldiȝne. se is amansumod; Læsse pleoh is to ðicȝenne ðæt husel. ðonne to halȝienne; Se ðe tuƿa halȝaþ ane ofletan to husle. se biþ þam ȝedƿolan ȝelice. þe an cild fullaþ tuƿa; Crist sylf ȝehalȝode husel ær his ðroƿunȝe. he bletsode þone hlaf. ⁊ tobræc ðus cƿeþende to his halȝum apostolum. etaþ ðisne hlaf. hit is min lichama. and he eft bletsode ænne calic mid ƿine. and cƿæþ heom ðus to. drincaþ ealle of ðisum. hit is min aȝen blod ðære niƿan ȝecyþnysse. ðe biþ for maneȝum aȝoten on synna forȝyfenysse; Se drih-

that doth saye masse and dare not eate the housell, hys conscience accusynge hym, is accursed. It is lesse daunger to receyue the housell, then to hallowe it. He that doth twyse hallowe one host to housell, is lyke vnto those heretikes who do christen twyse one childe. Christ Him selfe blessed housel before His suffring: He blessed the bread and brake thus speaking to His Apostels. *Eate this bread, it is my body.* And agayne He blessed one chalice with wyne and thus also speaketh vnto them: *Drinke ye all of this, it is myne owne bloud of the Newe Testament which is shed for many in forgeuenes of synnes.* The

cusatio est gustandi Eucharistiam, quam consecrandi. Qui bis consecrat unam offulam in Eucharistiam, haeretico similis est qui puerum unum bis baptizat: Christus ipse Eucharistiam ante passionem suam consecravit, benedixit panem, fregitque, Apostolis suis sic inquiens, *Edite panem hunc; corpus meum est:* iterumque benedixit calicem unum repletum vino, sic quoque illos allocutus, *Bibite de hoc omnes; Ille sanguis* [Evang. Sax. Matt. xxvi. 28, *Hic quidem est sanguinis mei calix*] *est meus Novi Testamenti, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum.* Dominus qui consecravit Eucharistiam ante passionem suam, dixitque, [Nota,] panem corpus suum fuisse, et vinum revera

ten þe halgode husel ær
his ðrowunge. and cwæþ
ꝥ se hlaf wære his agen
lichama. and ðæt win
5 wære witodlice his blod.
se halgaþ dæghwamlice
ðurh his sacerda handa
hlaf to his lichaman. ⁊
win to his blod on gast-
10 licere gerýne. swa swa
we rædaþ on bocum. Ne
biþ se lifica hlaf lic-
hamlice swa þeah se
ýlca lichama ðe Crist
15 on ðrowode; Ne þæt ha-
lige win nis þæs hælen-
des b'od þe for us ago-
ten wæs on lichamlican
ðinge. ac on gastlicum
20 andgýte; Ægþer biþ
soþlice se hlaf his licha-
ma. ⁊ ꝥ win eac his blod
swa swa se heofonlica
hlaf wæs. ðe we hataþ
25 manna. ðe feowertig ge-

Lord which halowed
housel before His suffer-
ing and sayeth that the
bread was His owne body
and that the wyne was tru-
ly His bloud, He halow-
eth dayly by the handes
of the prist bread to His
body, and wyne to His
bloud in ghostly mystery,
as we read in bokes.
And yet that liuely bread
is not bodely so notwith-
standing: not the self
same body that Christ
suffered in. Nor that holy
wine is the Sauiours
bloud which was shed
for vs in bodely thing,
but in ghostly vnder-
standing. Both be truly
that bread Hys body, and
that wyne also Hys bloud,
as was the heauenly
bread, which we call
Manna, that fed forty

sanguinem suum, ipse quotidie consecrat, per manus sacerdotis,
panem in corpus suum, vinumque in sanguinem suum, [sc. spi-
ritualiter,] in mysterio spirituali; sicut in libris legimus. Panis
30 ille vividus non est utcunque idem corpus quo Christus passus est,
neque vinum illud sacrum Servatoris erat sanguis qui pro nobis
fuit effusus [sc. *non corporaliter, sed spiritualiter*] *in re corporali,
sed in ratione spirituali.* Erat quidem cum panis ille corpus
ejus, tum quoque vinum illud sanguis ejus, sicut panis ille coe-
35 lestis quem vocamus Manna [Panis et vinum symbola Novi

ara afedde Godes folce. ⁊ ðæt hluttre wæter wæs witodlice his blod. þe arn of ðam stane on ðam westene ða; Swa swa Paulus awrat on sumon his pistole. Omnes patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt: et omnes eundem potum spiritualem biberunt, &c. Ealle ure fæderas æton on þam westene þone ẏlcan gastlican mete. ⁊ þone gastlican drenc druncon; Hi druncon of þam gastlicum stane. ⁊ se stan wæs Crist; Se apostol sæde swa swa ge nu gehẏrdon ðæt hi ealle æton ðone ẏlcan gastlican mete. ⁊ hi ealle druncon ðone gastlican drenc; Ne cwæþ he na lichamlice. ac gastlice;

yeres Gods people. And the cleare water which did then runne from the stone in the wildernes, was truly his bloud, as Paul wrote on summe of his epistles. *Omnes patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt, et omnes eundem potum spiritualem biberunt*, &c. All our fathers ate in the wildernes the same ghostlye meate, and dranke the same ghostly drinke. They dranke of that gostly stone, and that stone was Christ. The Apostle hath said as you now haue heard, that they all did eate the same ghostly meate, and they all did drinke the same ghostly drinke. And he sayth not

Foederis, ut manna et aqua, Veteris]. qui per quadraginta annos populum Dei cibavit——Et aqua illa limpida erat quidem sanguis ejus, quae de petra illa in deserto tunc effluxit, prout Paulus in quadam [1 Cor. x. 1, &c.] Epistola sua scripserat: *Omnes patres nostri eandem escam spiritualem manducaverunt. Et omnes eundem potum spiritualem biberunt; bibebant autem de spirituali petra: petra autem illa, erat Christus.* Apostolus dixit, sicut audivistis modo, quod omnes illi eandem escam spiritualem manducaverint, et omnes illi eundem potum spiritualem biberint; non dixit ille, [Nota,] corporaliter, sed spiritualiter: non erat Christus adhuc natus, neque sanguis ejus effusus. Tunc

Næꞅ Cꞃiꞅꞇ ða ᵹẏꞇ ᵹeboꞃen. ne hiꞅ bloꝺ næꞅ aᵹoꞇen. þa þæꞇ Iꞅꞃahela ꝼolc ᵹeæꞇ ðone meꞇe. ⁊ oꝼ ðam ꞅꞇane ꝺꞃanc. ⁊ ꞅe ꞅꞇan næꞅ lichamlice Cꞃiꞅꞇ þeah he ꞅƿa cƿæꝺe; Ƿiꞇ ƿæꞃon þa ẏlcan ᵹeꞃẏnu on þæꞃe ealꝺan æ. ⁊ hi ᵹaꞅꞇlice ᵹeꞇacnoꝺon ðæꞇ ᵹaꞅꞇlice huꞅel uꞃeꞅ hælenꝺeꞅ lichaman. ðe ƿe halᵹiaþ nu.

Apud *Testimonium Antiquitatis,* fol.46, b.

bodely but ghostly. And Christ was not yet borne, nor Hys bloud shedde, when that the people of Israell ate that meat, and drank of that stone. And the stone was not bodelye Christ though he so sayd. It was the same mistery in the olde law, and they did ghostlye signifie that ghostly housell of our Savioures body which we consecrate now.

populus ille Israeliticus, cibum illum spiritualem manducavit, et de petra illa bibit; neque erat petra illa Christus [Nota] corporaliter, quamvis [Sensum verborum Christi rimandum voluit] ita locutus est. Eadem erant veteris Legis sacramenta, et spiritualiter significabant Eucharistiam illam corporis Servatoris nostri, quam nunc consecramus.

EX AELFRICI EPISTOLA

Ad Wulfsinum Episcopum Schirburnensem, Saxonice scripta, cum Interpretatione Anglica, et Abrahami Wheloci Interpretatione Latina.

Sume pꞃeoꞅꞇaꞅ healꝺaþ þæꞇ huꞅel ðe biþ on eaꞅꞇeꞃ ꝺæᵹ ᵹehalᵹoꝺ oꝼeꞃ ᵹeaꞃ ꞇo ꞅeocum mannum. ac hi miꞅꝺoþ ꞅƿẏþe ꝺeope. ꝥ ðæꞇ ha-

Some pristes keepe the housell that is consecrate on Easter day all the yere for syke men. But they do greatelye amysse, bycause it waxeth ho-

Sacerdotes quidam Eucharistiam, quae die paschali consecrata fuit per annum [sequentem] aegrotis reservant, sed perquam

lige husel sceole fynegian. ⁊ nellaþ understandan hu mycele dædbote seo pœnitentialis tæcþ be ðam. gif dæt husel biþ fynig. oþþe hæƿen. oþþe gif hit forloren biþ. oþþe gif mus. oþþe nytenu durh gymeleaste hit etaþ; Man sceal healden þæt halige husel mid micelre gymene ⁊ ne forhealdan hit. ac halgian oðer edniƿe to seocum mannum. a embe vii. niht. oððe embe xiiii. niht ꝥ hit huru fynig ne sy. forðon þe eal sƿa halig bið ꝥ husel þe nu to dæg ƿæs gehalgod. sƿa ꝥ þe on easter dæg ƿæs gehalgod; Ðæt husel is Cristes lichama na lichamlice ac gastlice; Na

rye. And these wyll not vnderstand how greuous penaunce the poenitentiall booke teacheth by thys, if the housell become horye or rotten, or yf it be lost, or be eaten of myse or of beastes by neglygence. Men shal reserue more carefullye that holy housell, and not reserue it to longe, but consecrate other of newe for syckemen alwayes wythin a weke or a fortnight that it be not somuch as horye. For so holy is the housell which to day is hallowed as that whyche on Easter daye was hallowed. That housell is Christes bodye not bodylye, but ghostlye. Not

profunde peccant, quod sacra Eucharistia mucescerit, nollentque intelligere quantam poenitentiam Poenitentialis [Liber] huic [rei] praescribat; si sacra Eucharistia fieret mucida sive periret, sive mus bestiave [aliqua] per incuriam [sacerdotis] illam absumeret. Sacram Eucharistiam diligentia magna quisque custodiat: nec illam amittat, alteram vero aegrotis consecret semper, ante unam vel duas circiter septimanas, ne saltem mucescat. *Quoniam illa Eucharistia, quae nunc hodie consecratur, aeque sacra est atque illa quae consecrata erat die Paschali.* Illa Eucharistia non est corpus Christi *corporaliter* sed *spiritualiter;* non cor-

se lichama ðe he on
ðroƿode. ac se lichama
ðe he embe spræc. ða
ða he bletsode hlaf and
5 ƿin to husle anre nihte
ær his ðroƿunge. and
cƿæþ be ðam gebletsode
hlafe. ðis is min licha-
ma. and eft be ðam hal-
10 gan ƿine. ðis is min
blode þe biþ for mane-
gum agoten on sẏnna
forgẏfenesse; Vnder-
standaþ nu ꝥ se drihten
15 ðe mihte aƿendon ðone
hlaf ær his ðroƿunge
to his lichaman. and ꝥ
ƿin to his blode gastlice.
ðæt se ẏlca dæghƿam-
20 lice bletsaþ ðurh sacer-
da handa hlaf ⁊ ƿin to
his gastlican lichaman.
and to his gastlican
blode. Apud *Testimonium*
25 *Antiquitatis*, fol. 43. b.

the body which He suf-
fred in, but the bodye of
which He speake, when
He blessed bread and
wyne to housel a night
before His suffring, and
sayd by the blessed breade
Thys is my bodye, and
agayne by the holye wyne
*Thys is my bloude, whiche
is shedd for manye in
forgeuenes of sinnes.* Vn-
derstand nowe that the
Lord, who could turne
that bread before His suf-
fring to His body, and
that wyne to His bloude
ghostlye: that the selfe
same Lorde blesseth day-
ly throughe the priestes
handes bread and wine
to His ghostly body, and
to His ghostly bloud.

pus illud quo passus est, sed corpus illud de quo locutus est,
quando panem et vinum in Eucharistiam nocte una ante passi-
onem suam consecraverat, dixeratque de pane consecrato, *Hoc
est corpus meum,* iterumque de vino consecrato, *Hic est sanguis*
30 *meus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum.*
Nunc autem intelligite, quod Dominus, qui panem illum ante
passionem suam in corpus suum mutare potuisset, vinumque
illud in sanguinem suum, spiritualiter: idem (Dominus) per
manus sacerdotis panem et vinum in corpus suum spirituale, et
35 in sanguinem suum spiritualem sit quotidie consecratus.

IN

AELFRICI ABBATIS

EPISTOLAS

ANNOTATIONES.

P. 167. l. 2. AELFRICI ABBATIS] Cavius in Historia Literaria, vol. II, voce *Aelfricus,* sive *Alfricus,* p. 109, 'Vir 'erat Aelfricus noster supra communem sui saeculi sortem 'in theologicis, nec minus in grammaticis (*Grammaticus* 'inde dictus) eruditus: tantam exinde apud populares suos 'famam adeptus, ut sermones ab eo scripti, vel Saxonice 10 'versi, in Ecclesiis publice legi juberentur; atque ex ipsius 'epistolis haud paucae in vetustum Ecclesiae Anglicanae 'Synodicon cooptarentur. Vir prudens, pius, et religionis 'Christianae zelo fervidus, ad scientiam, fidem, et pietatem 'Christianam aevo rudi barbaroque promovendam natus. 15 'In contexendis sermonibus, populo diebus festis Dominicisve, lingua Saxonica, praelegendis, partim SS. Patrum 'scriptis decerptis, partim de suo additis, incredibilem 'plane posuit diligentiam. Quorum integri Codices in Bi'bliothecis nostris adhuc delitescunt. Nec minore usus est 20 'studio et labore in S. Scripturae libris in patrium sermo'nem transferendis. Exstat in Bibliotheca Bodleiana, ne 'de aliis dicam, ejus Pentateuchus, cum libris Josuae et 'Judicum. Praefationem Geneseωs Saxonice et Latine ex'tulit Whartonus noster, Auctuar. ad Hist. Dogmat. Us- 25 'ser, p. 380.' Ab editore libelli cui titulus *Testimonium Antiquitatis,* fol. 43 a, in quo exstant particulae, quas protuli, Epistolarum, scriptor hic saeculi decimi Aelfricus S. Albani et Malmsburiae Abbas appellatur. Utrum vero abbatiarum nominatarum, an potius Wintoniae, vel Egnes- 30 hamiae, vel denique Abendoniae, praefectus exstiterit Aelfricus, disputant inter se Usserius, Whartonus, Cavius, alii, de duobus, vel fortasse pluribus, viris ejusdem nominis disse-

rentes. Harum autem Epistolarum auctorem fuisse Aelfricum Batam seu Puttam, forsitan primo Wintoniensem Praefectum, deinde Archiepiscopum Eboracensem, censet vir cl. Edv. Moresus in Commentario, Anglica lingua haud ita pri-
5 dem edito, de Aelfrico Dorobernensi Archiepiscopo, cap. viii, pp. 67, 68.

P. 167. l. 3. EPISTOLIS] Quae Aelfrici hic sequuntur Opuscula, videlicet Epistola Latina ad Wulfstanum Archiepiscopum Eboracensem, Prologus nonnullarum Epistolarum
10 ejus canonicarum, Epistolarumque ad Wulfstanum et Wulfsinum Saxonicarum particulae, auspice Matthaeo Parkero Archiepiscopo Cantuariensi anno 1567 Londini edita sunt. In eodem porro libello exstant Aelfrici Homilia Saxonica in die Paschae, et Oratio Dominica, Symbolum Fidei Apostoli-
15 cum, Decalogusque eadem lingua Saxonica omnia conscripta. Libelli titulus est, *A Testimonie of Antiquitie, shewing the auncient fayth in the church of England, touching the sacrament of the body and bloude of the Lord here publikely preached, and also receaved in the Saxons tyme above 600
20 years agoe. Imprinted at London by John Day, dwelling over Aldersgate beneath S. Martyn's.* Titulum hunc sequitur Praefatio erudita, *ἀνεπίγραφος* quidem, sed Joscelino viro doctissimo, qui a secretis fuit eidem Archiepiscopo, a nonnullis attributa. Quum vero in Martyrologio Joannis
25 Foxi, quod pleraque horum Aelfrici excerptorum praestat, res eaedem narrentur, et in rebus narrandis ratio congruat cum hac praefatione, nulla tamen facta ejus mentione, fert mea opinio, ipsum Foxum, qui favente Archiepiscopo anno 1571 Evangeliorum interpretationem Saxonicam typis impri-
30 mendam curavit, praefationem quidem partim conscripsisse. Quin et exstant in Martyrologio haec verba Foxi; *There is yet remaining one certain piece, a fragment of an Epistle of Elfricus, in the library of Worcester, wherein so much as maketh against the matter of Transubstantiation
35 we found* (nos invenimus) *in the middle of the said Latin Epistle utterly rased out, so that no letter, nor piece of a letter doth there appear.* Foxi Martyrolog. vol. II, p. 378, edit. an. 1684. Confer verba Praefationis Testimonii Antiquitatis, fol. 4 b, et fol. 55 a. Superest adhuc Canta-
40 brigiae, ut infra ostendi, liber hic Vigorniensis. Quoque modo se res habeat, Joscelinusne solus, an alius cum eo, an potius Matthaeus ipse Parkerus, ut censet Strypius in Vita ejus, I, iii, 15, pag. 473, praefationis auctor fuerit, Testimonium ipsum Guilielmus Lisleius, annis 1623 et 1638, praepo-
45 sito Aelfrici tractatu Saxonico de Veteri et Novo Testamento,

denuo typis excudit. Quem secutus Abrahamus Whelocus, anno 1644 fragmenta, quae in Testimonio posita sunt, Epistolarum Aelfrici ad Wulfstanum et Wulfsinum, Saxonica lingua conscriptarum, una cum interpretatione sua Latina, retulit in Notas ad Bedae Historiam Ecclesiasticam pag. 332 5 —335. Porro autem plus vice simplici prodiit, omissis vero Saxonicis verbis, Testimonium istud Antiquitatis. Ita memoratur editio ejus quae anno 1736 typis impressa est, in Bibliothecae Parrianae Catalogo, cui quidem libro hoc adnotaverat celeberrimus ejus possessor; *In this book the* 10 *opinions of the Saxon Church upon the Sacrament are manifested by a Latin Epistle of Aelfric to Wolfstane. Every enlightened member of the Church of England should read it.* p. 619. Haec vir abundanti ingenio et literatissimus. Idem de hac re sensisse ipsos Ecclesiae Prae- 15 sules, videbis, nam fine opusculi omnes partes libelli veras ac germanas esse quindecim Episcopi subscriptione sua testari dignati sunt. Denique anno superiore [1830] attulit vir reverendus Henricus Soames in Concionibus Bamptonianis, seu doctis suis Disquisitionibus de Ecclesiae Anglo-Saxonicae 20 Dogmatibus, plurimos Aelfrici locos ad Eucharistiam pertinentes. Vid. notas ejus, p. 421–441.

P. 167. l. 5. Ex Epistola ad Wulfstanum] De priore istac Epistola ad Wulfstanum Latine scripta, sed contractiore quam Saxonica quae sequitur, positum est istud in Testi- 25 monio Antiquitatis——*his* (Aelfric's) *latyne Epistle, which is recorded in bokes fayre written of olde in the Cathedral Churches of Worcester and Excester.* fol. 54 a. Nimirum, reperta est Epistola, non tantum in libro olim Vigorniensi, quem memoravi, sed et in Codice altero MSto nunc numerato 30 cxc, 10. Sermone ad Sacerdotes, qui Bibliothecae est Collegii Corporis Christi Cantabrigiae. Hic enim olim fuit penes Ecclesiam Exoniensem, a Leofrico primo ejus Episcopo donatus, ut in praefatione Testimonii de eo scribunt, fol. 10—12; sed venerat in possessionem utriusque Codicis Parkerus 35 Archiepiscopus, qui libros suos MStos, quantivis pretii! Collegio Corporis Christi donavit.

Ibid. l. 26. Et reponite] Vetustissimis quoque temporibus conservari solitum esse a Christianis, ob diversas causas, panem eucharisticum, ostendunt Justinus, Apol. I. §. 87, Ter- 40 tullianus de Oratione, cap. 29, supra tom. I, p. 112, l. 33, Irenaeus apud Eusebium, Hist. Eccl. v. 24, Dionysiusque Alex. apud eundem Eusebium, vi. 44.

P. 168. l. 15. Non sit tamen hoc sacrificium—apostolus ait] Exstat quidem *sit* in Testimonii Antiquitatis tam editione 45

principe quam Lisleiana, immo in ipso Codice Exoniensi dicto, non *fit*, quomodo locum repraesentavit cl. Jacobus Nasmith in Catalogo Librorum Corporis Christi Cant. in recensione sua Codicis Vigorniensis CCLXV, 11; posuit vero Foxus in 5 Martyrologio suo vol. II, pag. 378, '*Non* est *tamen hoc sacrificium;* at fortasse scribi oportet *fit.*' Confer verba in utraque epistola Saxonica pagg. 173, 177. Ad oram autem fol. 55 b, Testimonii haec verba posita sunt, *The words inclosed betweene the two halfe circles* (Non sit—Apostolus 10 ait) *some had rased out of Worceter booke, but they are restored agayne out of a booke of Exeter Church.* Vide et Praefat. Testimonii fol. 4 b. Hodieque superest, ut bis ante dixi, hic liber Vigorniensis saeculo undecimo scriptus, inter Codices Parkeranos, numero CCLXV signatus, ad quem hoc 15 exstat in Catalogo eorundem librorum Nasmithano p. 311, '*Non fit*——*de petra fluxit.* Ultimum hunc locum a pa- 'pista quodam olim abrasum e veteri libro Exoniensis Bi- 'bliothecae fuisse restitutum testatur in margine quidam 'neotericus.' Manu, ut videtur, Joscelini, de quo supra, 20 notam ad marginem scriptam fuisse, ait Humphredus Wanleius, in vol. II Thesauri Hickesiani pag. 109, addens, Codicem Exoniensem nunc esse Bibliothecae Collegii Corporis Christi. Vid. supra.

P. 169. l. 2. Epistola brevis, seu Prologus] Collocata est 25 haec Epistola brevis in Testimonio Antiquitatis, fol. 53 b, usque ad vocem *proferentes;* atque ibidem prologus hic dicitur praepositus esse Epistolae Saxonicae ad Wulfstanum, cujus fragmentum apud Testimonium allatum fuerat, sicut alii cuidam Aelfrici Epistolae Saxonicae. Verba sunt Testi- 30 monii,—*a shorte Latyne Epistle set before this, and one other of hys Saxon Epistles.* Protuli ego prologum istum, sed integrum, ex cl. Wanleii opere supra dicto, pag. 22, ubi praefixus idem est, sicut apud Davidis Wilkinsii Leges Anglo-Saxonicas, pag. 161, aliis duabus Epistolis Aelfrici cano- 35 nicis. Sumptus ille fuerat e Codice antiquo Bibliothecae Bodleianae a Wanleio, in quo recte scribitur, *quia si praeco tacet,* pro illis, *quasi praeco tacet,* quae exstant in MSto C.C.C. et apud Wilkinsium. Interea neque hic prologus, neque Epistolae Latinae fragmentum initio a nobis collocatum, si 40 modo excipiatur, breve illud, quod abrasum fuit, sed ex libro Exoniensi suppletum, a Foxo in Martyrologio suo positum est.

Ibid. l. 18. Ex AELFRICI EPISTOLA ad WULFSTANUM] Haec Epistola, et altera ad Wulfsinum, referente auctore 45 Praefationis ad Testimonium Antiquitatis, in duobus Vigor-

niensis Ecclesiae libris exstabant, uno eorum Saxonico, altero fere Latino, qui ambo adhuc superesse videntur. De hoc altero jam dixi. Utraeque itidem Epistolae, cum Saxonicae tum Latinae, in libro Canonum MSto penes Ecclesiam Exoniensem comprehensae esse ibidem referuntur. Vid. Praefat. 5 fol. 10 a. Quumque, ut dixi, cl. Wanleius in opere jam ante laudato, p. 109, verbis illis de Sacramento ex Latina ad hunc Wulfstanum Epistola prolatis nos monuerit, Codicem Exoniensem nunc esse Collegii Corporis Christi, et inscribi 1, 72, (12.) hoc quidem de MSto nota cxc signato intelligendum 10 est, in quo reperta esse omnia haec verba Epistolae Saxonicae ad Wulfstanum, certiorem me facere dignatus est reverendus Collegii Praefectus. Exstant illa sub titulo, *Secunda Epistola, quando dividis chrisma*, sed in Catalogo Nasmithano p. 273, post sectionem 24 vox *Saxonice* omissa est. 15 Adhaec cel. Hickesius, quod observatione nostra dignissimum est, in vol. priore Thesauri sui, p. 58, verba eadem de Sacramento lingua Saxonica proferens refert lectorem ad haec testimonia, quae Lisleiana minus accurate appellat, tum vero ad librum MS. Bodleianum inter Codices Junianos. 20 Codex hic in Catalogo Libb. MSS. Biblioth. Bodleianae, p. 257, postremus est Codicum Francisci Junii viri cl. num. 121 signatus, in quo reperta sunt excerpta Epistolarum Saxon. Aelfrici ad Wulfsinum et Wulfstanum, quae in Testimonio Antiquitatis eduntur. Hoc de eo posuit Wanleius, 25 ‘ Codex opt. notae membran. qui haud ita pridem ad Eccle- ‘ siam spectabat Wigorn. ideoque Cod. Wigorn. nuncupatur,’ p. 45. Et p. 58 adnotationem quandam commemorat, quam manu Matthaei Parkeri scriptam putat. Integrior est quam MS. ille Cantabrigiensis modo memoratus. Quae vero Epi- 30 stola Latina in hoc Codice Juniano his praemissa est, non est illa ad Wulfstanum in Testimonio Antiquitatis collocata, sed alia quaedam ad Wulfsinum scripta, praefixa autem Canonibus Aelfrici in vol. primo Conciliorum Britannicorum a Wilkinsio editorum, pag. 250. 35

P. 172. l. 6. halȝienne.] Interpositum est hoc loco in Codice Juniano aliud praeterea mandatum, ut tam Epistolae quam Evangelii in Missa lector servet jejunium.

P. 173. l. 12. And yet the lively bread is not bodely so &c.] Idem cum supra statuit Aelfricus in Epistola Latina, 40 tum infra in Epistola ad Wulfsinum, p. 179. Vide et Homiliae in die Paschae, quod mox affero, fragmentum.

P. 175. l. 23. Ex Aelfrici Epistola ad Wulfsinum] Huic fragmento praepositum est lemma istud in Testimonio Antiquitatis, fol. 43 a. *Here followeth the wordes of Elfrike* 45

Abbot of S. Albons and also of Malmesberye, taken out of his Epistle written to Wulfsine Byshop of Scyrburne. It is founde in a booke of the olde Saxon tounge, wherin be xliii chapters, of Canons and ecclesiasticall Constitutions, and also Liber poenitentialis, that is, a poenitential booke, or shryfte booke, devided into iiii other bokes, the epistle is set for (before) *the 30 chapter of the fourth boke, intituled* be preost sinoþe *that is, a Synode concerning priestes:* (vid. not. ad Epist. ad Wulfstanum, nam Codex Bodleianus hic designari videtur.) *and this epistle is also in a canon boke of the Churche of Exeter.* Edita est haec Epistola ad Wulfsinum Saxonice et Latine, cum hoc titulo, Liber Canonum Ecclesiasticorum, a cl. Wilkinsio in Legibus Anglo-Saxonicis, Londini 1721, pag. 153—160, qui desumpsit eam ex Cod. membraneo C.C.C. Cant. S, 12, olim, ut Wanleio praeeunte ait, Exoniensis Ecclesiae peculio, et circa tempora conquisitionis Angliae scripto. Numero CXCI in Catalogo Nasmithano signatur. Finem autem versus canonicae hujus Epistolae, excerptum istud, quod hic habes, exstat. Porro eandem particulam caeterosque Canones lingua quoque Anglica ediderat cl. Joannes Johnsonus in volumine primo Legum Ecclesiasticarum Londini an. 1720, eamque desumptam a se testatur ex Codice ejusdem Collegii Corporis Christi. Ceterum alii Canones, ut paulo ante dixi, ad eundem Wulfsinum cum brevi Epistola ab Aelfrico missi, exstant apud Concilia Magnae Britanniae et Hiberniae a Wilkinsio adornata, vol. I, p. 250–255.

Quin, etsi vix hoc necessarium, quum ἡ μαρτυρία ipsorum Codicum, in quibus exstant hac tanti momenti ῥήσεις, instar omnium μαρτυριῶν sit habenda, testificationem tamen commemorare mihi visum est, quae his Aelfrici opusculis in Testimonio Antiquitatis adjuncta est.—*That this foresayd Saxon Homely* (in die Paschae, quae quidem Homilia primo loco ibidem posita est) *with the other testimonies before alleadged, doe fullye agree to the olde auncient bookes (wherof some bee written in the olde Saxon and some in the Lattyne) from whence they are taken: these here under written, upon diligent perusing and comparing the same, have found by conference, that they are truely put forth in print without any adding or withdrawing any thing for the more faithful reporting of the same, and therefore for the better credite hereof have subscribed their names, Matthewe Archbyshop of Canterburye, Thomas Archbyshop of Yorke.* (Dein sequuntur nomina tredecim Episcoporum) *with divers other personages of honour and credite subscribing their names,*

the recorde wherof remaines in the handes of the most reverend Father, Matthewe Archbishop of Canterburye. Ex quibus verbis apparet, cum Homiliam Paschalem, tum vero cetera monumenta in libello isto typis impressa, approbatione cohonestata fuisse quindecim Anglicae Ecclesiae Episcoporum, aliorumque virorum primariorum testantium reperisse se illa cum libris, unde prodierant, antiquis, Saxonicis et Latinis, omnino convenientia, lectis iis diligenter. atque inter se collatis. Istam vero HOMILIAM PASCHALEM, quae, ut alia exemplaria in hac re praeteream, in Codice quoque MSto Bibliothecae publicae Cantabrigiensis exstat, Abrahamus Whelocus, in Notis ad Bedae Hist. Eccl. p. 462, Saxonice et Latine edidit, cum hac epigraphe, *Liber Catholicorum Sermonum Anglicè, in Ecclesia per annum recitandus.* Porro de eodem opere, cujus auctor Aelfricus Archiepiscopus Cantuariensis exstitisse a multis censetur, haec inter alia Cavius scripsit in Hist. Literaria vol. II, p. 110, 'In sermone de 'Sacrificio, eoque satis prolixo, qui in die Paschatis so- 'lenni coram populo recitari solebat, id paene unice agit, 'ut ostendat nos spiritualiter corpus Christi gustare, ejusque 'sanguinem bibere, quum vera fide sacram illam gustemus 'Eucharistiam; panem et vinum non posse per ullam be- 'nedictionem in Christi corpus et sanguinem mutari; vere 'quidem Christi corpus et sanguinem esse, non tamen cor- 'poraliter sed spiritualiter; esse quidem Eucharistiam quae 'ad altare Dei consecratur commemorationem corporis Christi 'quod pro nobis obtulit, et sanguinis sui quem pro nobis 'fudit, corpus sanguinemque Christi non corporaliter, sed 'spiritualiter; nec disputandum, qui hoc fieri posset, sed 'quod ita fiat nostra fide esse tenendum. Verum integrum 'sermonem exscribere necesse sit, si modo omnia quae 'huc spectant excerpere velimus.' Ita ille. Ipsa autem Aelfrici verba ex Saxonica in Anglicam et Latinam linguas conversa huc transferam. *It* (the housell, or offering) *is naturally corruptible bread, and corruptible wine: and is by myghte of God's worde truely Christes bodye, and hys bloude; not so notwithstanding bodely, but ghostly. Much is betwixte the body Christ suffered in, and the bodye that is halowed to housell. The body truely that Christ suffered in was borne of the flesh of Mary, with bloud, and with bone, with skinne, and with synowes, in humane limmes, with a reasonable soule living: and his ghostlye body, which we call the housell, is gathered of many cornes; without bloude, and bone, without lymme, without soule. and therfore nothing is to be understand therein bodelye, but all*

is ghostlye to be understande. Testimonii Antiq. fol. 17 a. *Naturâ* (Eucharistia) *panis est corruptibilis et vinum corruptibile, et per* (Sax. juxta) *Divini verbi veritatem vere Christi corpus, et sanguis ejus, non tamen corporaliter, sed*
5 *spiritualiter. Multum distat inter corpus illud, in quo Christus passus est, et corpus illud quod in Eucharistiam consecratur: corpus quidem illud in quo Christus passus est, de carne Mariae nascebatur cum sanguine ossibusque, cum pelle nervisque, in membris humanis spiritu rationali ani-*
10 *matum: corpus autem suum spirituale, quod vocamus Eucharistiam, de granis multis absque sanguine et osse, absque membro et anima colligitur: nihil autem inest propterea intelligendum corporaliter, verum omne est spiritualiter intelligendum.* Sic Homiliasta. At vero Joannes Lingardus,
15 doctus in primis et disertus scriptor, id nuper conatus est ostendere, quod et alii ante eum Communionis Romanae asseclae aggressi fuerant, constare posse, immo bene congruere, haec Aelfrici verba, nam tacet Epistolas illas supra allatas vir clarus, cum dogmate Transubstantiationis Eucharisticae, quod
20 apud Romanistas receptum est. Vide Antiquitates ejus Anglo-Saxonicae Ecclesiae, in Notis pag. 497—560, edit. secundae. Etenim commentatum esse de hoc mysterio Aelfricum duce atque magistro celebri illo Bertramo seu Ratramno, ait ibi Lingardus; neque hoc quidem a vero distat, quum plurima
25 ad verbum ex illo sumpserit Aelfricus. Sed interea hunc ipsum Ratramnum, postquam libellus ejus de Eucharistia a Boilavio doctore Sarbonico in linguam Gallicam exeunte saeculo decimo septimo conversus fuerat, plus Calvinistam fuisse, quam Calvinum ipsum (*Rhatram est plus Calviniste, que*
30 *Calvin même*) pronuntiavit eruditissimus ille Longueruaeus. Vide Longueruana, p. 72. 'Quae a se differunt,' (Ratramni verba sunt, cap. lxxvi.) 'idem non sunt. Corpus Christi quod 'mortuum est, et resurrexit, et immortale factum, jam non 'moritur, et mors illi ultra non dominabitur, aeternum est,
35 'nec jam passibile. Hoc autem quod in Ecclesia celebratur, 'temporale est, non aeternum; corruptibile est, non incor-'ruptum.' Et supra in c. liv. 'Secundum creaturarum sub-'stantiam, quod fuerunt ante consecrationem, hoc et postea 'consistunt. Panis et vinum prius exstitere, in qua etiam
40 'specie jam consecrata permanere videntur. Est ergo interius 'commutatum Spiritus S. potenti virtute, quod fides aspicit, 'animam pascit, aeternae vitae substantiam subministrat.' Quomodo haec conveniant cum Concilii Tridentini de Transubstantiatione decreto, quod apponam, alii viderint. 'Sancta
45 'haec Synodus declarat, per consecrationem panis et vini

‘ conversionem fieri totius substantiae panis in substantiam
‘ corporis Christi Domini nostri, et totius substantiae vini in
‘ substantiam sanguinis ejus, quae conversio convenienter et
‘ proprie a sancta catholica Ecclesia Transubstantiatio est
‘ appellata.’ Concil. Trident. sect. XIII, cap. IV, de Eucharistia, 5
pag. 102 ed. Venet. 1780. Verum enimvero, nisi me omnia
fallunt, ansam dedit ad conatus istos conciliandi Ratramnum
aliosque auctores, cum hoc de Transsubstantiatione scito, vera
ac realis, sed spiritualis, seu sacramentalis, corporis Christi
in Eucharistia manducatio ; quam docet consentiens cum plu- 10
rimis Theologis, tam veteribus quam recentioribus, idem Ra-
tramnus.

APPENDIX.

NICAENI CONCILII
AD ECCLESIAM ALEXANDRINAM
EPISTOLA SYNODICA;
APUD SOCRATEM, HIST. ECCL. LIB. I. CAP. 9.

---

5 ΣΥΝΟΔΙΚΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΤΗι ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ, χάριτι τοῦ Θεοῦ[a], Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ᾽ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν Σύνοδον συγκροτήσαντες
10 Ἐπίσκοποι, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

ΕΠΕΙΔΗ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου Βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων πόλεών τε καὶ ἐπαρχιῶν, μεγάλη καὶ ἁγία Σύνοδος ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη, ἐξ ἅπαντος
15 ἀναγκαῖον ἐφάνη, παρὰ τῆς ἱερᾶς Συνόδου καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστεῖλαι γράμματα· ἵν᾽ εἰδέναι ἔχοιτε, τίνα

SYNODICA EPISTOLA,

Interprete Henr. Valesio.

SANCTAE gratia Dei magnaeque Alexandrinorum Ecclesiae, et dilectis fratribus per Aegyptum, Libyam ac Pentapolim constitutis, Episcopi Nicaeae congregati, et magnam sanctamque Synodum complentes, in Domino salutem.

QUANDOQUIDEM Deo Optimo Maximo, eique carissimo Principe Constantino, nos ex diversis civitatibus ac provinciis congregante, sacra et magna Synodus Nicaeae celebrata est, prorsus necessarium duximus, ab universo sacro Concilio etiam ad vos literas mitti; ex quibus intelligere possitis, quae-

[a] Ita Theodoret. lib. I. Hist. Eccl. c. 6 seu 8; et Epiphanius Scholasticus II, 12, pro Θεοῦ χάριτι καὶ μεγάλῃ.

μὲν ἐκινήθη καὶ ἐξητάσθη, τίνα δὲ ἔδοξε καὶ ἐκρατύνθη. Πρῶτον μὲν οὖν ἐξ ἁπάντων ἐξητάσθη τὰ κατὰ τὴν ἀσέβειαν καὶ τὴν παρανομίαν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου Βασιλέως Κωνσταντίνου· καὶ παμψηφεὶ ἔδοξεν ἀναθεματισθῆναι τὴν ἀσεβῆ αὐτοῦ δόξαν, καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ ὀνόματα τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρητο βλασφημῶν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγων ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ εἶναι ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντος, καὶ κτίσμα καὶ ποίημα ὀνομάζοντος· ἅπαντα ταῦτα [a] ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία Σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης ἢ ἀπονοίας καὶ τῶν βλασφήμων ῥημάτων, ἀνασχομένη. Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον [b] οἵου τέλους τετύχηκε, πάντως ἢ ἀκηκόατε ἢ ἀκούσεσθε, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν ἀνδρὶ δι' οἰκείαν ἁμαρτίαν ἄξια τὰ ἐπίχειρα κομισαμένῳ· τοσοῦτον δὲ ἴσχυσε αὐτοῦ ἡ ἀσέβεια, ὡς καὶ παραπολέσαι Θεωνᾶν ἀπὸ Μαρμαρικῆς, καὶ Σεκοῦνδον ἀπὸ Πτολεμαΐδος· τῶν

nam proposita atque examinata, quaenam item decreta ac stabilita sint. Primum igitur habita est quaestio coram piissimo Principe Constantino, de impietate ac perversitate Arii et sociorum ejus. Cunctisque suffragantibus placuit, ut impia ejus opinio anathemate damnaretur, verbaque ac nomina blasphemiae plena, quibus utebatur, dicens Filium Dei ortum ex nihilo, et fuisse aliquando tempus cum non esset, et pro arbitrii libertate eum vitii ac virtutis capacem esse: et creaturam illum vocans atque facturam. Haec omnia anathemate damnavit sanctissima Synodus, opinionis hujus impietatem atque amentiam, et verba blasphemiae plena, ne audire quidem patienter sustinens. Et ea quidem quae adversus illum gesta sunt, vel comperistis jam, vel brevi comperturi estis: ne nos insultare videamus homini, qui sceleris sui dignam mercedem recepit. Tantam vero vim habuit ejus impietas, ut Theonam Marmaricae et Secundum Ptolemaidis Episcopum,

[a] Ita Nicephorus, lib. VIII Hist. Eccl. c. 24. Deest ταῦτα apud Socrat. ταῦτα πάντα Thodoret.

[b] Ita Theodoret. et Nicephorus; ἐκείνου Socrates.

γὰρ αὐτῶν κἀκεῖνοι τετυχήκασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, τῆς μὲν κακοδοξίας ἐκείνης καὶ ἀσεβείας, καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τῶν προσώπων τῶν τολμησάντων διάστασιν καὶ διαίρεσιν ποιήσασθαι τοῦ 5 εἰρηνευομένου ἄνωθεν λαοῦ, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς [*fors.* ὑμᾶς][a]· ἐλείπετο δὲ τὸ κατὰ τὴν προπέτειαν Μελιτίου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντων· καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους ἃ ἔδοξε τῇ Συνόδῳ, ἐμφανίζομεν ὑμῖν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. Ἔδοξεν οὖν Μελιτίον μὲν, φιλαν-10 θρωπότερον κινηθείσης τῆς Συνόδου, κατὰ γὰρ τὸν ἀκριβῆ λόγον οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιος ἦν, μένειν ἐν τῇ πόλει ἑαυτοῦ, καὶ μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν αὐτὸν, μήτε χειροθετεῖν, μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε ἐν χώρᾳ μήτε ἐν πόλει ἑτέρᾳ φαίνεσθαι, ταύτης τῆς προφάσεως 15 ἕνεκα, ψιλὸν δὲ τὸ ὄνομα τῆς τιμῆς κεκτῆσθαι· τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντας, μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας κοινωνῆσαι ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧτε ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμὴν καὶ λειτουργίαν, δευτέρους δὲ εἶναι ἐξάπαντος πάντων τῶν ἐν ἑκάστῃ παροικίᾳ τε

secum in exitium pertraxerit. Nam et in istos, eadem quae in illum lata sententia est. Sed quoniam omnipotentis Dei gratia, pravitate quidem illius opinionis et impietate atque blasphemia, et iis hominibus qui in populo antehac pacato turbas ac discidia concitare ausi fuerant, vos jam liberavit; Melitii vero et eorum qui ab illo ordinati sunt, adhuc reliqua erat contumacia: de his etiam quid statuerit Synodus, vobis significamus, fratres carissimi. Placuit igitur clementius erga Melitium agente Synodo, summo enim jure nullam veniam merebatur, ut is in civitate sua maneat, nec ullam habeat aut manus imponendi aut eligendi potestatem; nec hujus rei causa aut in vico, aut in urbe ulla compareat; sed nudum honoris sui nomen retineat: ii vero qui ab ipso constituti sunt, sanctiore ordinatione confirmati, ad communionem admittantur, ea lege ut honorem quidem ac ministerium suum retineant; secundo tamen semper loco sint ab iis

[a] Habent τὴν Αἴγυπτον Theodoret. Epiphanius, Nicephorus, Gelasiusque Cyzicenus.

καὶ Ἐκκλησίᾳ ἐξεταζομένων, τῶν ὑπὸ τοῦ τιμιωτάτου καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου προκεχειρισμένων· ὥστε τούτοις μὲν[a] μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρέσκοντας αὐτοῖς προχειρίζεσθαι, ἢ ὑποβάλλειν ὀνόματα, ἢ ὅλως ποιεῖν τι χωρὶς γνώμης τῶν τῆς 5 καθολικῆς Ἐκκλησίας Ἐπισκόπων[b], τῶν ὑπὸ Ἀλέξανδρον· τοὺς δὲ χάριτι Θεοῦ καὶ εὐχαῖς ὑμετέραις ἐν μηδενὶ σχίσματι εὑρεθέντας, ἀλλὰ ἀκηλιδώτους ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ὄντας, καὶ ἐξουσίαν ἔχειν προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ 10 κλήρου, καὶ ὅλως πάντα ποιεῖν κατὰ νόμον καὶ θεσμὸν τὸν ἐκκλησιαστικόν· εἰ δέ τινας συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα προσαναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος, τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ 15 λαὸς αἱροῖτο, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας Ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσι συνεχωρήθη· ἐπὶ δὲ τοῦ Μελιτίου

omnibus, qui in unaquaque paroecia et Ecclesia versantur, a carissimo collega nostro Alexandro prius ordinati. Adeo ut his quidem nulla facultas suppetat quos visum fuerit eligendi, aut nomen cujuspiam suggerendi, aut omnino quicquam gerendi sine consensu Episcopi catholicae Ecclesiae qui Alexandro subjectus est. Illi vero qui Dei juvante gratia vestrisque precationibus, nullo unquam in schismate deprehensi sunt, sed in catholica et apostolica Ecclesia absque labe ulla perseverant, potestatem habeant eligendi, et proponendi nomina eorum qui in clerum allegi meruerint ; cuncta denique peragendi juxta legem et sanctionem Ecclesiae. Quod si quempiam eorum qui in Ecclesia censentur, diem suum obire contigerit, tum in defuncti locum atque honorem provehantur ii qui nuper adsciti sunt, modo digni videantur, et populus eos eligat, suffragante nihilominus plebisque judicium confirmante Alexandrinae urbis Episcopo. Et aliis quidem omnibus id

[a] Ita Theodoret. et Niceph. hic vero sine μὲν, pro ὡς πρὸς τούτοις δέ.
[b] Ita Theodoret. probante Valesio, pro τοῦ τῆς—Ἐπισκόπου.

προσώπου οὐκέτι τὰ αὐτὰ ἔδοξε, διὰ τὴν ἀνέκαθεν αὐτοῦ ἀταξίαν, καὶ διὰ τὸ πρόχειρον καὶ προπετὲς τῆς γνώμης, ἵνα μηδεμία ἐξουσία ἢ αὐθεντία αὐτῷ δοθείη, ἀνθρώπῳ δυναμένῳ πάλιν τὰς αὐτὰς ἀταξίας 5 ἐμποιῆσαι. Ταῦτά ἐστι τὰ ἐξαίρετα καὶ διαφέροντα τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ· εἰ δέ τι ἄλλο ἐκανονίσθη ἢ ἐδογματίσθη, συμπαρόντος τοῦ κυρίου καὶ τιμιωτάτου συλλειτουργοῦ καὶ ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀλεξάνδρου, αὐτὸς παρὼν ἀκρι- 10 βέστερον ἀνοίσει πρὸς ὑμᾶς, ἅτε δὴ [a] καὶ κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. Εὐαγγελιζόμεθα δὲ ὑμῖν περὶ τῆς συμφωνίας τοῦ ἁγιωτάτου πάσχα, ὅτι ὑμετέραις εὐχαῖς κατωρθώθη καὶ τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε πάντας τοὺς ἐν τῇ ἑῴᾳ ἀδελφοὺς, 15 τοὺς μετὰ τῶν Ἰουδαίων τὸ πρότερον ποιοῦντας, συμφώνως Ῥωμαίοις καὶ ὑμῖν [b], καὶ πᾶσιν τοῖς ἐξ ἀρχαίου μεθ᾽ ἡμῶν φυλάττουσι τὸ πάσχα, ἐκ τοῦ δεῦρο ἄγειν. Χαίροντες οὖν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, καὶ τῇ

concessum est. De Melitio vero, ob pristinam ejus contumaciam, et ob temerarium ac praeceps hominis ingenium, aliter placuit decernere, ne potestas auctoritasque ulla tribuatur homini, qui easdem rursus turbas excitare possit. Atque haec sunt, quae ad Aegyptum et ad sanctissimam Alexandrinorum Ecclesiam privatim pertinent. Si quid autem praeterea, praesente domino et carissimo collega ac fratre nostro Alexandro, sancitum ac definitum est, id ipse vobis accuratius referet, quippe qui gestorum auctor et particeps existat. Nuntiamus praeterea vobis de concordia sanctissimi paschae; hoc etiam negotium, precibus vestris adjuvantibus, feliciter confectum fuisse; cunctosque qui in Oriente sunt fratres, qui antea cum Judaeis pascha celebrarunt, cum Romanis in posterum, et vobiscum, et cum omnibus qui ab ultima antiquitate nobiscum pascha peregerunt, concorditer esse celebraturos. Vos ergo laeti atque hilares ob felicem rerum even-

[a] Ita Theodoret. et Niceph. ἅτε δὲ Socrates.
[b] Ita Theodoret. et Epiphanius pro ἡμῖν.

τῆς εἰρήνης συμφωνίᾳ, καὶ ἐπὶ τῷ[a] πᾶσαν αἵρεσιν ἐκκοπῆναι, ἀποδέξασθε μὲν μετὰ μείζονος τιμῆς καὶ πλείονος ἀγάπης τὸν συλλειτουργὸν ἡμῶν, ὑμῶν δὲ Ἐπίσκοπον Ἀλέξανδρον, τὸν εὐφράναντα ἡμᾶς ἐν τῇ παρουσίᾳ, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ τοσοῦτον πόνον 5 ὑποστάντα ὑπὲρ τοῦ εἰρήνην γενέσθαι καὶ παρ' ὑμῖν. Εὔχεσθε δὲ ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων, ἵνα τὰ καλῶς ἔχειν δόξαντα, ταῦτα βέβαια μένῃ, διὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν Ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. 10

Ἐν ταύτῃ τῇ τῆς Συνόδου ἐπιστολῇ φανερὸν καθίστησιν ὅτι οὐ μόνον Ἄρειον καὶ τοὺς ὁμοδόξους αὐτοῦ ἀνεθεμάτισαν, ἀλλὰ καὶ τὰς λέξεις τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ ὅτι περὶ τοῦ πάσχα ὁμοφρονήσαντες, ἐδέξαντο τὸν αἱρεσιάρχην Μελίτιον, τὴν μὲν ἀξίαν τῆς Ἐπισκοπῆς ἔχειν αὐτὸν συγχωρήσαντες, τὴν δὲ ἐξουσίαν τοῦ 15 *πράττειν αὐτὸν τινὰ ὡς Ἐπίσκοπον, περιελόντες· δι' ἣν αἰτίαν νομίζω, ἄχρι νῦν κεχωρίσθαι τῆς Ἐκκλησίας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ Μελιτιανοὺς, ὅτι περιεῖλεν ἡ Σύνοδος Μελιτίου τὸ δύνασθαι.* De Melitio et Melitianis nova ac notabilia quaedam apud Reliquias Sacr. collocata sunt, vol. iv. pp. 94, 105. S. Phileas. 20

tum, et ob communem omnium pacem atque concordiam, et quod haeresis omnis penitus excisa est, majore cum honore ac benevolentia collegam nostrum, vestrumque Episcopum Alexandrum excipite; qui et sua praesentia maximam nobis attulit voluptatem, et in tam provecta aetate plurimum laboris sustinuit, ut pax inter vos restitueretur. Orate etiam pro nobis omnibus, ut quae recte constituta sunt, firma permaneant, per Deum omnipotentem et Dominum nostrum Jesum Christum una cum Sancto Spiritu, cui gloria in cuncta saecula. Amen.

Ex hac Synodi epistola perspicue apparet, eos non modo Arium et sectatores ejus, verum etiam ipsa opinionis illius verba anathemate damnavisse; et cum de paschali festo inter se consensissent, Melitium sectae alterius auctorem suscepisse, Episcopatus quidem dignitatem retinere eum passos; verum potestate agendi quidquam pro Episcopo, illi penitus adempta. Quam ob causam arbitror Melitianos in Aegypto ad hoc usque tempus ab Ecclesia separatos esse, propterea quod Synodus omnem Melitio potestatem ademit.

[a] Ita Theodoret. et Niceph. pro τὸ, consentiente Gelasio Cyzic. de Actis Concil. Nicaeni, l. iii, 33, perinde atque in ceteris lectionibus supra receptis, quod viso post Gelasio intellexi.

JOANNIS GARNERII S. J.

NOTAE IN S. CYRILLI ALEX. EPISTOLAM SYNODICAM AD NESTORIUM,

post Concilium Ephesinum supra pag. 17–32. collocatam.

---

5 Quum vir doctissimus Joannes Garnerius, qui hanc Epistolam Synodicam Operibus Marii Mercatoris ex editis Conciliis adjecit [Part. ii. pp. 79, 539] notas aliquot maximam partem theologicas ei subjunxerit, easdem huc transferre mihi visum est.

Supra pag. 19. l. 21. *ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ γραφείσῃ παρὰ σοῦ*]
10 Haec est procul dubio prima quam Nestorius ad Celestinum misit, et in qua leguntur ista: 'Nos non modicam corrup-'tionem orthodoxiae apud quosdam hic reperientes, et ira et 'lenitate circa aegros quotidie utimur, &c.' Atque inde constat Celestinum Cyrillo, quas a Nestorio literas accepisset,
15 misisse, quemadmodum et Cyrillus ad se a Nestorio scriptas, Romam deferendas Possidonio crediderat. Vide istas Nestorii literas prima parte operum Marii Mercatoris.

Ibid. l. ult. *καὶ ἡρμήνευκας οὐκ ὀρθῶς*] Hic nempe, ubi ait: 'Nos autem nosse oportet, quod modo venit in recordatio-
20 'nem Concilii Nicaeni, quod nusquam ausum est dicere, quia 'Verbum Deus natum est ex Maria Virgine;' et alia quae prolixe prosequitur. Tu vero locum consule, et intellige, cur fidem exposuerit Cyrillus, praemisso symbolo Concilii Nicaeni, ut unde Nestorius fraudem faciebat imperitis, inde
25 confutaretur.

P. 20. l. 9. *ταῖς γραφείσαις ἐπιστολαῖς πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν παρὰ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας*] Obscurus locus, et a nullo, quod sciam, tentatus; quibus enim de epistolis ab Alexandrina Ecclesia directis intelligi debet? An de iis
30 quae anathematismos haberent subjunctos? sed illae ipsae sunt in quibus nunc versamur. An de prioribus duabus? quomodo ab Alexandrina Ecclesia, id est, Synodo directae sunt, cum nomine Synodi Alexandrinae, non perinde ac tertiae, sed solius Cyrilli inscribantur. [Posterius hoc con-

firmat Garnerius in Dissertatione sua de Synodis habitis in causa Nestorii.]

P. 21. l. 21. *οὔτε δὲ τὴν σάρκα*] Id ubique passim Catholicis Nestorius, sed maxime in epistola ad sanctum Celestinum, affingebat: 'Aperte blasphemant Deum Verbum Patri 5
'*ὁμοούσιον*, tanquam originis initium de *Χριστοτόκῳ* Virgine
'sumpsisset, cum templo suo aedificatum esse, et carni con-
'sepultum, &c.' et in titulo sermonis septimi: 'Adversus eos,
'qui propter conjunctionem, vel divinitatem Verbi mortifi-
'cant, vel humanitatem deificant.' In utrumque locum in- 10
tendit Cyrillus.

P. 22. l. 1. *καθ' ὑπόστασιν*] *Secundum substantiam.* Graece est *καθ' ὑπόστασιν*. Moneo rursus hanc unam vocem fuisse olim *ὀρθοδοξίας* indubitatam notam; aliae etenim omnes torqueri possunt in sensus erroneos, et revera detortae sunt a 15 Nestorianis, haec una nunquam potuit; unde mirum quam exosa fuerit heterodoxis, quotque criminationibus oppugnata; atque hinc factum est, ut quum *ἕνωσις καθ' ὑπόστασιν* praetermissa esset a Cyrillo et Joanne in expositione fidei hinc inde scripta, inter ineundam ecclesiarum pacem, pax 20 visa sit pluribus Catholicis suspecta, et Joannes dictus fuerit a suis vicisse causam, ut Cyrillus necessitatem habuerit purgandi sese, tum apud amicos, Acacium Melitenensem, Successum, Valerianum, Donatum, tum apud suos Constantinopoli apocrisiarios, quasi vel orientalibus in sententia rema- 25 nentibus consensisset, vel propter timidam quamdam dispensationem non satis animose fidei causam defendisset.

Porro autem quod dixi, hanc vocem fuisse fidei quasi certam tesseram, facto probat Cyrillus; quum enim scripsisset, *Unitum ergo carni Verbum secundum substantiam* 30 *confitentes*, accedit statim ad refellendas omnes Nestorii sententias, artificiose quidem, sed tamen invicte.

Nota vero interpretem Romanum aberrasse a mente Cyrilli, quam assecutus est Mercator. Haec enim Graeca, '*Ἡνῶσθαί γε μὴν σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦντες τὸν Λόγον, ἕνα* 35 *προσκυνοῦμεν*, &c., vertit ille, *Quamvis autem Verbum carni secundum hypostasim fateamur, unum tamen adoramus*, &c. quasi confessio unionis secundum hypostasim adversetur in speciem adorationi, ut unius, et non eam potius inferat. Longe ergo melius Mercator: *Unitum ergo carni* 40 *Verbum secundum substantiam confitentes, unum adoramus*, &c. Atque hinc est, quod diximus saepe, Mercatorem, ut aliis de Latinitate concedat, vincere tamen fide atque intelligentia.

Ibid. l. 3. *οὔτε ἀνὰ μέρος τιθέντες*] Rejicit unionem quam 45

vocant moralem, seu τῆς ἀξίας καὶ αὐθεντίας ἑνότητα, qnippe quae non sit καθ' ὑπόστασιν, sed inter duas per se existentes personas, modo σχέσει conjungantur.

P. 22. l. 8. οὔτε μὴν Χριστὸν ἰδικῶς] Rejicit et opinionem 5 de duobus Christis, quorum alter ex Patre, alter ex matre, sola ὁμωνυμίᾳ conjunctis: quod saepe impugnatur alio in loco a Cyrillo, non quasi id expressis verbis uspiam dixerit Nestorius, sed quod ex ipsius opinione de ἑνώσει σχετικῇ necessario sequatur reipsa, quantumvis ipse dissimulet.

10 Ibid. l. 14. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό φαμεν] Refutat et tertium modum σχετικῆς ἑνώσεως, quae pura ἐνοίκησις, sive habitatio Verbi divini in homine, quaque fiat, ut homo non Deus quidem sit, sed Dei tantum, seu Θεοφόρος, quae vox placuit Nestorio. Huic porro unionis modo alium Cyrillus opponit, 15 quem ἕνωσιν κατὰ φύσιν vocat, eique similem dicit, qua proprio corpori animus conjungitur, seclusis, ut monent theologi, imperfectionibus.

Ibid. l. ult. οὐχ ὡς συνάφειαν ἁπλῶς] *Non velut conjunctionem.* In Graeco est, ὡς συνάφειαν ἁπλῶς, &c. Est autem 20 συνάφεια apud Graecos, vel copulatio maris et feminae; vel apud Basilium, societas conjugum, et vitae civilis communio; vel apud Chrysostomum, commissura membrorum; vel denique apud Cyrillum, coaptatio eorum, quae continuari possunt, et παράθεσις seu appositio. Quacumque vero signifi- 25 catione vox sumatur, aptior est ad tegendam haeresim quam ad fidem exponendam: unde Cyrillus vocem ubique acriter exagitat, tanquam veneni plenissimum; et vero conjunctionem naturarum duarum in Christo, Theodorus Mopsuestenus, ipseque, dum adhuc erraret, Theodoretus, conjunctioni 30 conjugum similem dixerunt.

P. 23. l. 12. ἀλλ' οὐδὲ Θεὸν] Arguit Nestorii dictum de Christo, cujus Verbum faciebat Dominum et Deum, quasi non foret Christus ipse Deus et Dominus; habet enim hanc potestatem relativa vox, cujusmodi sunt obliqui casus, ut 35 distinctionem perinde ac oppositionem ponant inter ea, quae dicuntur relationis extrema. Quare licet Deus vere sit dominus humanitatis, non tamen Christi, nisi duae in Christo asserantur personae.

P. 24. l. 3. Παραιτούμεθα δὲ λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ] Verba 40 quae cavet dicere, Nestorii sunt, sermone primo, vel potius septimo. Rejicit autem, velut horrendum quiddam, unitatem καθ' ὁμωνυμίαν καὶ προσκύνησιν solam, ut quae Christum omnino solvat in duas personas.

Ibid. l. 15. ὁμολογοῦμεν δὲ ὅτι] Confessio hic Dei passi, 45 aperta est simul et calumniantis Nestorii convictio, et

Procli defensio; ille enim Catholicis calumniabatur, quasi assererent Verbum natura sua seu divinitate passum: iste propter fidei professionem vapulaverat atrociter a Nestorio.

P. 29. l. 13. Καὶ ἐπειδὴ Θεὸν ἑνωθέντα σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν] Ex eo quod Verbum carni unitum est καθ' ὑπόστασιν, conficit quaestionis caput, ut quidem vulgo movebatur, Virginem sanctam esse Θεοτόκον; conficit vero ita ut occurrat calumniis duabus, quas inde Catholicis Nestorius, maximeque Proclo et Eusebio, struebat; et primae quidem, quasi ab his diceretur, quod sensit Photinus, Verbum ex Virgine duxisse existentiae principium; secundae, eguisse Verbum, ut esset, secunda hac nativitate.

Ibid. l. ult. ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα] Videtur Cyrillus legisse Nestorii sermonem primum adversus Pelagianos, in eumque intendere, quandoquidem locus iste Geneseos, lausque nuptiarum prolixe a Nestorio tractatur. [Ad Marii Mercatoris Opera P. II pag. 79, haec posuit Garnerius. De Anathematismatis scripsit quae sequuntur idem vir doctissimus in Dissert. II De Synodis habitis in Causa Nestorii, ibid. pag. 339.]

Jam vero anathematismos admirabili quadam arte, et methodo quasi geometrica, qua nihil exactius, confectos esse, ex eo liquet, quod primo theorema probandum, tum probandi principium et duo lemmata, denique corollaria novem contineant.

Quaestio erat, an Emmanuel, cujus meminit Isaias, quemque omnis Ecclesia adversus Judaeos Christum Jesum interpretatur, vere Deus sit, materque Emmanuelis vere Deipara. Respondet, Anathem. I, Cyrillus, Emmanuelem vere esse Deum, et matrem Emmanuelis vere esse Deiparam; illudque statuit quasi theorema demonstrandum, simulque demonstrandi principium ponit omnium firmissimum, dictum Evangelistae, *Verbum caro factum est.* Deinde lemma primum conficit, naturas esse καθ' ὑπόστασιν unitas, Christumque esse unum, eundemque Deum et hominem Anathem. 2, mox alterum concludit, naturas non esse conjunctas sola σχέσει, id est, unione morali, 3 Anathem.

Demonstrationem ex lemmatis non informat, cum tamen facile sit; id enim non patitur lex Anathematismorum; sed continuo novem consectaria colligit.

Corollarium primum, ea quae de Christo dicuntur, non ita esse partienda, ut alia soli homini, alia soli Deo, et non omnia uni eidemque tribuantur. 4 Anathem.

Secundum, Christum non esse Dei, sed Deum ipsum; obliquus enim ille casus, ut relationem, sic distinctionem significat. 5 Anathem.

Tertium, Verbum non esse hominis, verbi gratia, Domi-
5 num, &c. sed ipsummet hominem. 6 Anathem.

Quartum, reverentiam non deberi Christo, eo tantum nomine, quod in ipso Verbum operetur, ipsique dignitatem, ut alteri a se, communicet. Anathem. 7.

Quintum, Christum non alia ratione adorari, quam Deum
10 ipsum. Anathem. 8.

Sextum, non alia virtute operatum miracula, quam qua Deus. Anathem. 9.

Septimum, Pontificem confessionis nostrae vere esse Verbum, nec pro se obtulisse sacrificium, sed pro nobis tantum.
15 Anathem. 10.

Octavum, carnem pro nobis oblatam eo esse vivificam, quod est caro propria Verbi, id est, vitae essentialis. Anathem. 11.

Nonum denique, Verbum vere passum esse sua carne,
20 Christumque sua virtute surrexisse a mortuis. Anathem. 12.

Animadverte porro, tota novem consectaria in duobus astruendis esse posita, unitate Christi, et redemptione hominum. Quum enim triplex sit unitas, suppositi, dignitatis, et operationis, primo et secundo consectario unitas
25 suppositi, tertio et quarto unitas dignitatis et cultus, quinto et sexto unitas operationis et virtutis conficitur. Quumque tres quoque sint partes redemptionis, sanctificatio animae, vivificatio corporis, et satisfactio pro peccatis, prima septimo consectario, in quo de sacerdotio Christi, altera octavo,
30 ubi de carne vivifica, et Eucharistiae vi, tertia nono, ubi de morte Dei passi in carne agitur, adversus contradicentes asseritur.

Aliam artem adhibuit Cyrillus, qua fecit, ut non omnia tantum capita toti doctrinae Nestorii, sed singula singulis
35 partibus pugnarent; opposuit enim theorema theoremati, principium principio, lemmatibus lemmata, et consectaria consectariis, eaque fuit ingeniosi hominis industria, perturbatam adversarii sparsamque per partes sententiam in ordinem redigere, ut simul exquisita methodo et dogma
40 catholicum traderetur, et erroris singulae partes expellerentur. Id aperte cuilibet constabit, si modo Nestorii error ordine repraesentatus fuerit, atque indicati operum loci, quibus unaquaeque sententia seu pars erroris continetur.

45 Verum id egregie demonstravit Cyrillus, tum in synodicae

parte, quam negativam jure dixerim, qua nempe negat a Catholicis dici quae Nestorius assereret, tum in defensione Anathematismorum, ubi singulorum necessitatem causatur, tum denique in admirabili illo Dialogo, *Quod unus sit Christus*, in quo dux inclytus, quasi colligens vires adversus reli- 5 quias Nestorii, artis vincendi specimen dare voluit, et quum brevi moriturus esset, trophaeum sibi immortale erigere.

Tertia quoque arte usus est admirabilis defensor fidei: Anathematismos suos aliud nihil esse voluit quam Patrum sententias, sed velut in fulmina conflatas. Adhibuit igitur 10 testimonia Patrum decem, ex quibus Latini quatuor, Julius, Felix, Cyprianus, et Ambrosius; tres Aegyptii, Petrus, Athanasius, Theophilus; Graeci totidem, Gregorius Nazianzenus, Basilius et Nyssenus; omnes, praeter unum, majorum Ecclesiarum et αὐτοκεφαλῶν Praesules; ex Occidente 15 tres, ex Oriente totidem, quatuor ex Meridie; omnes sanctitate nobiles, quatuor etiam martyrii pro fide palma inclyti: sic enim ad certam voluit ὀρθοδοξίας regulam examinari sua capitula, ut quibus nihil contineretur, nisi quod ubique, quod semper, quod omnes docuissent. Vide Vincentium Lirinen- 20 sem ea de re suo more, id est, diserte, subtiliter, et pro veritate tractantem.

Observa porro, testimoniis Patrum adductis, Cyrillum non plures fere propositiones confecisse, quam quatuor. I. Quod Dei Filius vere sit factus homo. II. Quod idem 25 sit, et non alius, Filius Dei, qui Filius Hominis; atque ita Deus ex muliere natus sit, duasque Verbum generationes habuerit. III. Quod Virgo sit Deipara. IV. Quod immortalis mortem pertulerit, et idem crucifixus qui adorandus; ex his enim quatuor aliae omnes, de quibus agitur in anathe- 30 matismis, facile efficiuntur; poterant vero et ipsae quatuor ad unam Athanasii, quod Dei Filius ὄντως et ἀληθείᾳ factus sit homo, facile reduci.

JOANNIS EPISCOPI ANTIOCHENI

AD S. CYRILLUM ALEXANDRINUM

EPISTOLA.

JOANNIS EPISCOPI ANTIOCHENI
AD S. CYRILLUM ALEXANDRINUM
EPISTOLA,
FINITO CONCILIO EPHESINO SCRIPTA.

---

5 ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ
πρὸς Κύριλλον Ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

EPISTOLA JOANNIS ANTIOCHENI EPISCOPI
ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinum.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ,
10 Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡΩΗΝ, ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν Βασιλέων, ἐκελεύσθη Σύνοδος θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν συναθροισθῆναι, ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων καὶ τῆς 15 ὀρθῆς πίστεως· καταλαβόντων δὲ καὶ ἡμῶν τὴν μνημονευθεῖσαν πόλιν, καὶ ὑποστρεψάντων ἐκτὸς τῆς πρὸς ἀλλήλους συντυχίας, (περιττὸν δὲ τὰς αἰτίας τῆς διχονοίας ἐν καιρῷ εἰρήνης νῦν εἰπεῖν,) διῃρημένων δὲ

Domino meo religiosissimo, et sanctissimo comministro Cyrillo, Joannes in Domino salutem.

Piissimorum Imperatorum nostrorum edicto, religiosissimorum Episcoporum Synodus ad Ephesiorum metropolim, tum ecclesiasticarum rerum et controversiarum, tum rectae quoque, fidei causa dudum convenire jussa est. Quum autem ad praedictam civitatem et nos pervenissemus, ac citra mutuum colloquium inde rursum abiissemus, (superfluum est autem dissensionis causas nunc pacis tempore commemorare ;) quumque Ecclesiae hoc modo in graves discordias incidissent ;

πρὸς διχόνοιαν τῶν Ἐκκλησιῶν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἐπειδὴ τούτου μάλιστα φροντίσαι πάντας ἐχρῆν, ὅπως συναφθεῖεν, ἐκ μέσου γενομένης διχονοίας ἁπάσης, καὶ τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων Βασιλέων αὐτὸ δὴ τοῦτο γενέσθαι θεσπισάντων, τὸ ἑνῶσαι τὰς 5 τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, καὶ εἰς αὐτὸ δὴ τοῦτο ἀποστειλάντων τὸν κύριόν μου καὶ θαυμασιώτατον καὶ περίβλεπτον τριβοῦνον καὶ νοτάριον Ἀριστόλαον, ἐπιφερόμενον τὸ εὐσεβὲς αὐτῶν γράμμα, τὸ παρακελεῦον, ἐντεῦθεν ἤδη συμβῆναι ἡμᾶς, καὶ περιελεῖν 10 τὰ σκάνδαλα ἐκ τοῦ μέσου, καὶ κατευνάσαι πᾶσαν ταραχὴν, καὶ πᾶσαν λύπην· ᾧ εἴκοντες εὐσεβεῖ γράμματι, εὐθὺς καὶ παραχρῆμα ἀπεστείλαμεν τὸν κύριόν μου καὶ κατὰ πάντα θεοφιλέστατον καὶ ἁγιώτατον Ἐπίσκοπον Παῦλον· τοῦτο συναρέσαν καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ 15 καὶ θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ πατρὶ ἡμῶν Ἀκακίῳ, καὶ τοῖς παρ' ἡμῖν θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις. Ὑπὲρ δὲ πλείονος συντομίας τοῦτο πεποιήκαμεν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς συνελθόντας τὰ θεσπισθέντα ὑπὸ τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν Βασιλέων κατὰ πρόσωπον 20 εἰς πέρας ἀγαγεῖν· ἐντειλάμενοι αὐτῷ, ὥστε καὶ ἀνθ'

quandoquidem omnes id maxime curare oportebat, ut omni animorum dissensione e medio sublata, Christi Ecclesiae denuo consociarentur; ipsique religiosissimi ac Christianissimi Reges hoc ipsum ut fieret, mandassent, ejusque rei gratia Dominum meum praeclarissimum, et spectabilem tribunum et notarium Aristolaum misissent, pias ipsorum literas afferentem, quae deinceps nos convenire juberent, atque scandala e medio tollere, omnemque perturbationem et offensionem consopire; nos piis literis morem gerere volentes, recta mox Dominum meum Deo per omnia dilectissimum ac sanctissimum Episcopum Paulum misimus. Quod consilium sanctissimo piissimoque patri nostro Acacio, ceterisque qui nobiscum erant, Deo dilectissimis Episcopis, probatum fuit. Fecimus

ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ εἰς πρόσωπον ἡμέτερον τυπῶσαι μὲν τὰ περὶ τῆς εἰρήνης, ὅπερ ἐστὶ προηγούμενον· ἐγχειρίσαι δὲ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὴν ἔκθεσιν τὴν παρ' ἡμῶν συμφώνως γενομένην περὶ τῆς ἐναν-5 θρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἀπεστείλαμεν τῇ σῇ θεοσεβείᾳ διὰ τοῦ προλεχθέντος θεοφιλεστάτου ἀνδρὸς, ἥτις ἐστὶν αὕτη.

Περὶ δὲ τῆς Θεοτόκου Μαρίας Παρθένου, ὅπως καὶ φρονοῦμεν καὶ λέγομεν, τοῦ τε τρόπου τῆς ἐνανθρω-10 πήσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως, οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, ἀλλ' ἐν πληροφορίας εἴδει, ὡς ἄνωθεν ἔκ τε τῶν θείων Γραφῶν, ἔκ τε τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων Πατέρων παρειληφότες ἐσχήκαμεν, διὰ βραχέων ἐροῦμεν, οὐδὲν τὸ σύνολον προστιθέντες 15 τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει· ὡς γὰρ ἔφθημεν εἰρηκότες, πρὸς πᾶσαν ἐξαρκεῖ καὶ εὐσεβείας γνῶσιν, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας ἀποκήρυξιν. Ἐροῦμεν δὲ οὐ κατατολμῶντες ἀνεφίκτων, ἀλλὰ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς οἰκείας ἀσθενείας

autem hoc majoris compendii causa, eo quod quae a religiosissimis Imperatoribus nostris sancita sunt, perficere nobis ipsis in unum convenientibus non liceat. Mandavimus autem illi, ut vice nostra et pro nobis et nomine nostro constituat quae ad pacem faciunt ; id quod hujus legationis praecipuum caput est ; simulque pietati tuae exhibeat expositionem de Domini nostri Jesu Christi incarnatione concorditer a nobis editam. Quam proinde pietati tuae per praedictum piissimum virum misimus, quae est haec.

De Virgine autem Dei genitrice Maria, quomodo sentiamus et loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnationis modo necessario, non additamenti loco, sed plena satisfactionis forma, dicemus breviter, sicuti ab initio ex divinis literis sanctorumque Patrum traditione hausimus ; Fidei in Nicaea a sanctis Patribus expositae nihil prorsus adjicientes. Illa enim, ut antea diximus, ad omnem pietatis cognitionem,

ἀποκλείοντες τοῖς ἐπιφύεσθαι βουλομένοις, ἐν οἷς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον διασκεπτόμεθα.

Ὁμολογία τῶν τῆς Ἀνατολῆς Ἐπισκόπων.

ὉΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ τοιγαροῦν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ 5 σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν Θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν Θεότητα, καὶ 10 ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ καὶ ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν. Κατὰ ταύτην τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν, ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι, καὶ 15 ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ Κυρίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς θεηγόρους[a] ἄνδρας τὰς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ'

omnisque haereticae pravae doctrinae depulsionem abunde sat est. Nec illa etiam quae consequi non possumus, audacter aggrediemur; sed propriae infirmitatis confessione excludemus eos qui adoriri nos volunt in his, in quibus consideramus quae supra humanum captum sunt.

Confitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium, esse Deum perfectum et hominem perfectum, ex anima rationali et corpore; ante saecula quidem ex Patre secundum Divinitatem genitum, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem natum; eumdem consubstantialem Patri secundum Divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Siquidem dua-

[a] Editt. Θεολόγος cum hic tum in Cyrilli *Responso*, sed ad oram Θεηγόρους; et *Deilogos* Liberatus Diaconus in Breviario, duaeque veteres Interpretationes Latinae in edit. Mansiana Conciliorum.

ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

5 Ἧς δεχθείσης, συνήρεσεν εἰς ἀναίρεσιν ἁπάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν οἰκουμενικὴν εἰρήνην βραβευθῆναι ταῖς τοῦ Θεοῦ ἁγίαις Ἐκκλησίαις, καὶ ἐκποδὼν τὰ ἀναφυέντα γενέσθαι σκάνδαλα, ἔχειν ἡμᾶς Νεστόριον καθῃρημένον, τὸν πάλαι γενόμενον 10 Ἐπίσκοπον τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἀναθεματίζομεν τὰς φαύλας αὐτοῦ καὶ βεβήλους καινοφωνίας, διὰ τὸ τὰς παρ' ἡμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τὴν ὀρθὴν καὶ ὑγιῆ ἐσχηκέναι πίστιν, καὶ φυλάττειν, καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς, καθὰ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης. 15 Συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· καὶ κοινω-

rum naturarum facta est unio: propter quod unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Secundum hunc inconfusae unitatis intellectum confitemur sanctam Virginem Dei genitricem esse, propterea quod Deus Verbum incarnatum est, et homo factum, et ex ipsa conceptione univit sibi templum, quod ex illa assumpsit. Evangelicas autem et apostolicas de Domino voces, scimus graves theologos alias quidem communes facere, tamquam ad unam personam pertinentes; alias vero, propter duarum naturarum diversitatem, divisim nuncupare; et illas quidem quae Deo conveniunt, ad Christi Divinitatem, humiles vero, ad ejusdem humanitatem referre solere.

Hac fide suscepta, placuit nobis, ut omnis tollatur contentio, universalisque sanctis Dei Ecclesiis per orbem sparsis pax reddatur, nec non scandala omnia quae exorta sunt, e medio auferantur, Nestorium quondam Constantinopolitanum Episcopum pro deposito habere; tum pravas illius profanasque vocum novitates anathematizare, propterea quod Ecclesiae Dei, quae apud nos sunt, rectam sanamque fidem teneant, illamque custodiant, ac populis,

νικοὶ πᾶσίν ἐσμεν τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην θεοσεβεστάτοις Ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν ἔχουσί τε καὶ τηροῦσιν[a]. Ἐρρωμένος, ὑπερευχόμενος ἡμῶν διατελοίης, δέσποτα θεοφιλέστατε καὶ ὁσιώτατε, καὶ πάντων ἐμοὶ γνησιώτατε 5 ἀδελφέ[b].

Ex Conciliis edit. Labbe, tom. III, pag. 1092 ; edit. Harduin. tom. I, p. 1692.

quemadmodum ad vestra quoque sanctitas, tradant. Consentimus autem et in ordinationem quoque sanctissimi piissimique Maximiani, sanctae Dei Ecclesiae Constantinopolitanae Episcopi ; et communicamus universis orbis terrae religiosissimis Episcopis, rectam inculpatamque fidem habentibus et retinentibus. Vale, domine piissime et sanctissime, faterque mihi sincerissime, ac pro nobis orare perge.

[a] Editt. κηρύττουσιν, sed ad oram τηροῦσιν, quod tres Interpretationes Latinae confirmant. Confesionem tantum, voce παραδίδονται finitam, interpretatus est Liberatus, cui haec verba praemisit, *Et congregans iterum Joannes apud Antiochiam concilium, dictavit fidem, ita se habentem.* p. 30 Breviarii, edit. Garnerii.

[b] Postquam S. Cyrillus in Responso suo ad hanc epistolam Confessionem Orientalium repetivit, haec scripsit, Ταύταις ὑμῶν ἐντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντας εὑρίσκοντες· εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· ἐδοξάσαμεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ' ἡμῖν, καὶ αἱ παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίαι. p. 1107 edit. Labbe Conciliorum. Satisfecit Ecclesiae haec Orientalium Confessio, et brevi postea pax est consecuta. Porro tempore posterior est Confessio epistolis a Garnerio supra memoratis, p. 196, quas scripserat S. Cyrillus ad amicos, ut ad apocrisiarios suos.

REGULA FIDEI
APUD S. IRENAEUM.

REGULA FIDEI
APUD S. IRENAEUM,
LUGDUNENSEM EPISCOPUM,
QUI
FLORUIT MEDIO SAECULO SECUNDO.

α´. Ἡ ΜΕΝ Ἐκκλησία, καίπερ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν Ἀποστόλων καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα [*Vet. Interp.* παρέλαβε] τὴν εἰς ἕνα Θεὸν, 5 Πατέρα παντοκράτορα, τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς θαλάσσας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, πίστιν· καὶ εἰς ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας· καὶ εἰς Πνεῦμα Ἅγιον, τὸ διὰ τῶν Προφητῶν 10 κεκηρυχὸς τὰς οἰκονομίας, καὶ τὰς ἐλεύσεις, καὶ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, καὶ τὴν ἔνσαρκον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνά-

Ps. cxiv. 6. Act. iv. 24. et xiv. 15.

Interpretatio Vetus.

1. Ecclesia enim per universum orbem usque ad fines terrae seminata, et ab Apostolis et a discipulis eorum accepit eam fidem, quae est in unum Deum, Patrem omnipotentem, *qui fecit coelum et terram, et mare, et omnia quae in eis sunt;* et in unum Jesum Christum Filium Dei, incarnatum pro nostra salute; et in Spiritum Sanctum, qui per Prophetas praedicavit dispositiones Dei, et adventum, et eam quae est ex virgine generationem, et passionem, et resurrectionem a mortuis, et in carne in coelos ascensionem dilecti Jesu Christi

ληψιν τοῦ ἠγαπημένου Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς παρουσίαν αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα, καὶ ἀναστῆσαι πᾶσαν σάρκα πάσης ἀνθρωπότητος, ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, 5 καὶ Θεῷ, καὶ Σωτῆρι, καὶ Βασιλεῖ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀοράτου, πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται αὐτῷ· καὶ κρίσιν δικαίαν ἐν τοῖς πᾶσι ποιήσηται [*fors.* ποίησας], τὰ μὲν πνευ- 10 ματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀγγέλους παραβεβηκότας καὶ ἐν ἀποστασίᾳ γεγονότας, καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀδίκους, καὶ ἀνόμους, καὶ βλασφήμους τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψῃ· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ ὁσίοις, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τετηρηκόσι, καὶ ἐν τῇ 15 ἀγάπῃ αὐτοῦ διαμεμενηκόσι, τοῖς [*fors.* τοῖς μὲν *Billius*] ἀπ' ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἐκ μετανοίας, ζωὴν χαρισάμενος, ἀφθαρσίαν δωρήσηται, καὶ δόξαν αἰωνίαν περιποιήσῃ.

Ephes. i. 10. Philip. ii. 10. seqq. Ephes. vi. 12.

β'. Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ Ἐκκλησία, καίπερ ἐν 20

Domini nostri, et de coelis in gloria Patris adventum ejus, ad *recapitulanda universa*, et resuscitandam omnem carnem humani generis, ut Christo Jesu Domino nostro, et Deo, et Salvatori, et Regi, secundum placitum Patris invisibilis *omne genu curvet coelestium, et terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur ei*, et judicium justum in omnibus faciat; *spiritalia* quidem *nequitiae*, et angelos transgressos, atque apostatas factos, et impios, et injustos, et iniquos, et blasphemos homines in aeternum ignem mittat; justis autem et aequis, et praecepta ejus servantibus, et in dilectione ejus perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex poenitentia, vitam donans, incorruptelam loco muneris conferat, et claritatem aeternam circumdet.

2. Hanc praedicationem quum acceperit, et hanc fidem, quemadmodum praediximus, Ecclesia, et quidem in universum

ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει ὡς
ἕνα οἶκον οἰκοῦσα, καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις ὡς
μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμ-
φώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδί-
5 δωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη· καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν
κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι, ἀλλ' ἡ δύναμις τῆς παρα-
δόσεως μία καὶ ἡ αὐτή· καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις
ἱδρυμέναι Ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν ἢ ἄλλως
παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελ-
10 τοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολὰς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε
ἐν Λιβύῃ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι·
ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ, ἐν ὅλῳ τῷ
κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς
ἀληθείας πανταχῇ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώ-
15 πους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· 1 Tim. ii. 4.
καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλη-
σίαις προεστώτων ἕτερα τούτων ἐρεῖ, (οὐδεὶς γὰρ
ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον) οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ
ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν· μιᾶς γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς

mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans; et similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens, et unum cor; et consonanter haec praedicat, et docet, et tradit, quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquelae dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hae, quae in Germania sunt fundatae Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hae quae in Hiberis sunt, neque hae quae in Celtis, neque hae quae in Oriente, neque hae quae in Aegypto, neque hae quae in Libya, neque hae quae in medio mundi sunt constitutae; sed sicut sol, creatura Dei, in universo mundo unus et idem est; sic et lumen, praedicatio veritatis, ubique lucet, et illuminat omnes homines qui volunt ad cognitionem veritatis venire. Et neque is qui valde praevalet in sermone, ex iis qui praesunt Ecclesiis, alia, quam haec sunt, dicet, (nemo enim super magistrum est) neque infirmus in dicendo deminorabit traditio-

2 Cor. viii. 15.

πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον ἠλαττόνησε.

γʹ. Τὸ δὲ πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ σύνεσιν εἰδέναι τινὰς, οὐκ ἐν τῷ τὴν ὑπόθεσιν αὐτὴν ἀλάσσειν γίνεται, καὶ ἄλλον Θεὸν παρεπινοεῖν παρὰ τὸν δημι- 5 ουργὸν, καὶ ποιητὴν, καὶ τροφέα τοῦδε τοῦ παντὸς, ὡς μὴ ἀρκουμένους τούτους [fors. ἀρκουμένου τούτου], ἢ ἄλλον Χριστὸν, ἢ ἄλλον Μονογενῆ· ἀλλὰ ἐν τῷ τὰ ὅσα ἐν παραβολαῖς εἴρηται προσεπεργάζεσθαι, καὶ οἰκειοῦν τῇ τῆς πίστεως ὑποθέσει· καὶ ἐν τῷ τήν τε 10 πραγματείαν καὶ οἰκονομιαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἐπὶ τῇ ἀνθρωπότητι γενομένην, ἐκδιηγεῖσθαι· καὶ ὅτι ἐμακροθύμησεν ὁ Θεὸς ἐπί τε τῇ τῶν παραβεβηκότων ἀγγέλων ἀποστασίᾳ, καὶ ἐπὶ τῇ παρακοῇ τῶν ἀνθρώπων,

2 Cor. iv. 18.

σαφηνίζειν· καὶ διὰ τί τὰ μὲν πρόσκαιρα, τὰ δὲ αἰώνια, 15 καὶ τὰ μὲν οὐράνια, τὰ δὲ ἐπίγεια εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς πεποίηκεν, ἀπαγγέλλειν· καὶ διὰ τί ἀόρατος ὢν, ἐφάνη

Heb. i. 1.

τοῖς Προφήταις ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν μιᾷ ἰδέᾳ, ἀλλὰ ἄλλως ἄλλοις, συνιεῖν· καὶ διὰ τί διαθῆκαι πλείους γεγόνασι

nem. Quum enim una et eadem fides sit, neque is qui multum de ea potest dicere, ampliat, neque is qui minus, deminorat.

3. Plus autem aut minus secundum prudentiam nosse quosdam intelligentiam, non in eo quod argumentum immutetur, efficitur, et alius Deus excogitetur, praeter fabricatorem, et factorem, et nutritorem hujus universitatis, quasi non ipse sufficiat nobis, aut alius Christus, aut alius Monogenes; sed in eo, quod omnia, quae in parabolis dicta sunt, exquirere, et adjungere veritatis argumento, et in eo, ut instrumentum et dispositionem Dei in genere humano factam enarret; et quoniam magnanimus exstitit Deus, et in transgressorum angelorum apostasia, et in inobedientia hominum, edisserere; et quare alia quidem temporalia, alia vero aeterna, et quaedam coelestia, quaedam terrena unus et idem fecit, annuntiare; et quare quum invisibilis sit, apparuit Prophetis Dei non in una forma, sed aliis aliter, adesse; et quare testamenta multa tradita humano generi, an-

τῇ ἀνθρωπότητι, μηνύειν· καὶ τίς ἑκάστης τῶν δια-
θηκῶν ὁ χαρακτὴρ, διδάσκειν· καὶ διὰ τί συνέκλεισε Rom. xi. 32.
πάντα εἰς ἀπείθειαν ὁ Θεὸς, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ,
ἐξερευνᾷν· καὶ διὰ τί ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σὰρξ ἐγένετο,
5 καὶ ἔπαθεν, εὐχαριστεῖν· καὶ διὰ τί ἐπ' ἐσχάτων τῶν Joan. i. 14.
καιρῶν ἡ παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ
τέλει ἐφάνη ἡ ἀρχὴ, ἀπαγγέλλειν· καὶ περὶ τοῦ τέλους,
καὶ τῶν μελλόντων, ὅσα τε κεῖται ἐν ταῖς Γραφαῖς,
ἀναπτύσσειν· καὶ τί ὅτι [*fors.* διότι] τὰ ἀπεγνωσμένα
10 ἔθνη, συγκληρονόμα, καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα
τῶν ἁγίων πεποίηκεν ὁ Θεὸς, μὴ σιωπᾷν· καὶ πῶς τὸ 1 Cor. xv. 54.
θνητὸν τοῦτο σαρκίον ἐνδύσεται ἀθανασίαν, καὶ τὸ
φθαρτὸν ἀφθαρσίαν, διαγγέλλειν· πῶς τε ἐρεῖ, ὁ οὐ Oseae ii. 23. et Rom. ix. 25.
λαὸς, λαὸς, καὶ ἡ οὐκ ἠγαπημένη, ἠγαπημένη· καὶ
15 πῶς πλείονα τῆς ἐρήμου τὰ τέκνα, μᾶλλον ἢ τῆς Esai. liv. 1. et Gal. iv. 27.
ἐχούσης τὸν ἄνδρα, κηρύσσειν. Ἐπὶ τούτων γὰρ, καὶ
ἐπὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἐπεβόησεν ὁ Ἀπόστολος, 'ὦ Rom. xi. 33.
'βάθος πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς
'ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ

nuntiare, et quis sit uniuscujusque testamentorum character, docere; et quare *conclusit omnia in incredulitatem Deus, ut universis misereatur*, exquirere; et quare *Verbum* Dei *caro factum est*, et passus est, gratias agere; et quare in novissimis temporibus adventus Filii Dei, hoc est, in fine apparuerit, et non in initio, annuntiare; et de fine, et de futuris, quaecumque posita sunt in Scripturis, revolvere; et quare desperatas gentes, cohaeredes et concorporatas et participes sanctorum fecit Deus, non tacere; et quemadmodum *mortalis haec* caro *induet immortalitatem, et corruptibile incorruptelam,* annuntiare; et quemadmodum factus est, *qui non erat populus, populus, et non dilecta, dilecta;* et quemadmodum *plures filii ejus quae deserta est, magis quam ejus quae habet virum,* praeconare. In talibus enim, et in similibus eis exclamavit Apostolus: *O altitudo divitiarum, et sapientiae, et agnitionis Dei! quam inscrutabilia judicia ejus. et investigabiles viae ejus!* Sed

‘ ὁδοὶ αὐτοῦ.’ Ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ὑπὲρ τὸν κτίστην, καὶ δημιουργὸν, μητέρα τούτων καὶ αὐτοῦ [*fors.* τούτου καὶ αὐτῶν, Valentinianorum, *Massuetus*], Ἐνθύμησιν Αἰῶνος πεπλανημένου παρεπινοεῖν, καὶ εἰς τοσοῦτον ἥκειν βλασφημίας· οὐδὲ τὸ [*fors.* ἐν τῷ] ὑπὲρ ταύτην 5 πάλιν Πλήρωμα, τὸν μὲν ἕνα [*fors.* τότε μὲν τριάκοντα *Petavius*], νῦν δὲ ἀνήριθμον φῦλον Αἰώνων ἐπιψεύδεσθαι, καθὼς λέγουσιν οὗτοι οἱ ἀληθῶς ἔρημοι θείας συνέσεως διδάσκαλοι, τῆς οὔσης Ἐκκλησίας πάσης μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐχούσης εἰς πάντα τὸν 10 κόσμον, καθὼς προέφαμεν. Ex S. Irenaei Contra Haereses lib. I, cap. 10, p. 48 edit. Massueti, Venet. 1734. In edit. Grabii lib. I, capp. 2, 3, 4.

non in eo, ut supra creatorem et fabricatorem, matrem ejus et illorum Enthymesin Aeonis errantis adinvenires, et ad tantam pervenires blasphemiam; neque in eo, quod est super hanc rursus Pleroma, aliquando quidem xxx, aliquando vero innumerabiles multitudines Aeonum mentiri: quemadmodum dicunt hi, qui vere sunt deserti a divina sententia magistri; quum ea, quae est Ecclesia universa, unam et eamdem fidem habeat in universo mundo, quemadmodum praediximus.

S. ATHANASII
EXPOSITIO FIDEI.

EX

ADMONITIONE

EDITORUM BENEDICTINORUM

IN HANC FIDEI EXPOSITIONEM.

5 QUUM incertum sit tempus quo sequentem fidei expositionem ediderit Athanasius, eam aptiore loco non putamus posse collocari, quam in fronte operum quae S. Doctor adversus Arianos conscripsit. Haec autem duplicis sunt generis; in aliis enim fidem catholicam adversus Arianam im-10 pietatem strenue propugnat invictus Verbi defensor; in aliis vero varios gravissimosque recenset casus, quos ipse pro ejusdem fidei defensione, Arianis auctoribus, constanter pertulit; ac proinde valde consentaneum videtur illam fidem primum exponi, pro cujus causa hic perfunctus est laboribus 15 quos ipse enarrat, et pleraque quae deinceps sequuntur opera composuit. Quid haec expositio contineat, ipse docet titulus: nempe brevis est explicatio fidei catholicae adversus Arianos, quam quidem Facundus Hermianensis, lib. XI pro defensione Trium Capitulorum, cap. 2, Symboli expositionem 20 appellat, quae forte tunc fuit hujus operis inscriptio. Quin is verus sit S. Athanasii fetus nulla sane est dubitandi ratio; neque porro id probare ullo modo opus fuerit, siquidem ipse stylus, ipsa doctrina magnum Athanasium satis per se indicat.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΚΘΕΣΙΣ ΠΙΣΤΕΩΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ATHANASII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

EXPOSITIO FIDEI.

α΄. ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα ἀγέννητον Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ποιητὴν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, τὸν ἔχοντα ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ Λόγον, Σοφίαν, Υἱὸν, ἐκ τοῦ Πατρὸς
5 ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως γεγεννημένον, Λόγον δὲ οὐ προφορικὸν, οὐκ ἐνδιάθετον, οὐκ ἀπόρροιαν τοῦ τελείου, οὐ τμῆσιν τῆς ἀπαθοῦς φύσεως, οὔτε προβολὴν, ἀλλ' Υἱὸν αὐτοτελῆ, ζῶντά τε καὶ ἐνεργοῦντα, τὴν ἀληθι-

1. Credimus in unum non-genitum Deum, Patrem omnipotentem, omnium effectorem visibilium et invisibilium, qui a se ipso habet ut sit; et in unum unigenitum Verbum, Sapientiam, Filium, ex Patre sine initio et ab aeternitate genitum, Verbum vero non prolatum vel internum, non aliquid ex perfecto effluens, aut ex impatibili natura sectum vel projectum, sed Filium per se perfectum, viventem et agentem, veram Patris imaginem, honore et gloria parem; haec est

νὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς, ἰσότιμον καὶ ἰσόδοξον· τοῦ-
Joan. v. 23. το γάρ ἐστί, φησι, τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, 'ἵνα
'καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα, οὕτως τιμῶσι καὶ τὸν
'Υἱόν·' Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, ὥς φησιν
1 Joan. v. 20. Ἰωάννης ἐν τῇ καθολικῇ,[a] 'καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀλη- 5
'θινῷ, ἐν τῷ Υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν
'ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ζωὴ ἡ αἰώνιος·' παντοκράτορα
ἐκ παντοκράτορος· πάντων γὰρ, ὧν ἄρχει ὁ Πατὴρ
καὶ κρατεῖ, ἄρχει καὶ κρατεῖ καὶ ὁ Υἱός· ὅλος ἐξ ὅλου,
Joan. xiv. 9. ὅμοιος τῷ Πατρὶ ὢν, ὥς φησιν ὁ Κύριος· 'ὁ ἐμὲ 10
'ἑωρακὼς, ἑώρακε τὸν Πατέρα.' Ἐγεννήθη δὲ ἀνεκ-
Isa. liii. 8. φράστως καὶ ἀπερινοήτως· 'τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ
'τις διηγήσεται;' ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. Ὃς ἐπὶ συντελείᾳ
τῶν αἰώνων κατελθὼν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς,
ἐκ τῆς ἀχράντου παρθένου Μαρίας τὸν ἡμέτερον ἀνεί- 15
ληφεν ἄνθρωπον, Χριστὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν
παθεῖν παρέδωκεν ἰδίᾳ προαιρέσει, ὥς φησιν ὁ Κύ-
Joan. x. 18. ριος· 'οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν
'ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν

enim, inquit, voluntas Patris *ut quemadmodum Patrem honorant, ita et Filium honorent:* Deum verum ex Deo vero; uti dicit Joannes in catholicis epistolis, *Et sumus in vero, in Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus et vita aeterna;* omnipotentem ex omnipotente; omnibus enim, quibus imperat et dominatur Pater, imperat et dominatur similiter Filius, qui totus ex toto et similis Patri existit, ut ipse ait Dominus, *Qui me videt, videt Patrem.* Genitus autem est modo inexplicabili et qui comprehendi nequeat. Nam *generationem ejus quis enarrabit?* quod idem est ac si diceretur, nullus. Qui idem quum in fine saeculorum ex Patris sinu descendisset, ex inviolata virgine Maria nostrum assumsit hominem, Jesum Christum, cujus propriae voluntati reliquit, ut pro nobis pateretur, quemadmodum ipse ait Dominus, *Nemo tollit animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem ha-*

[a] Sic MSS. nonnulli pro edito ἐν καθολικαῖς.

‘αὐτήν.’ Ἐν ᾧ ἀνθρώπῳ σταυρωθεὶς, καὶ ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανούς· ἀρχὴ ὁδῶν κτισθεὶς ἡμῖν, ἐν τῇ γῇ ὢν, ἡμῖν ἔδειξεν ἐκ σκότους φῶς, σωτηρίαν ἐκ πλάνης, ζωὴν (Prov. viii. 22.) 5 ἐκ νεκρῶν, εἴσοδον ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐξ οὗ ἐκβέβληται Ἀδὰμ, εἰς ὃν πάλιν εἰσῆλθε [Adam] διὰ τοῦ λῃστοῦ, ὡς εἶπεν ὁ Κύριος, ‘σήμερον μετ’ ἐμοῦ ἔσῃ (Luc. xxiii. 43.) ‘ἐν τῷ παραδείσῳ·’ εἰς ὃν καὶ ὁ Παῦλος εἰσῄει· ἄνοδόν τε εἰς οὐρανοὺς, ὅπου πρόδρομος εἰσῆλθεν 10 ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος [a], ἐν ᾧ μέλλει κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς.

β′. Πιστεύομεν ὁμοίως καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, (1 Cor. ii. 10.) τὸ πάντα ἐρευνῶν, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ἀναθεματί-

beo iterum sumendi eam. In quo homine crucifixus et mortuus pro nobis, resurrexit a mortuis, et in coelos assumtus est. Idem *principium viarum* nobis creatus quum in terra versaretur, nobis ex tenebris lumen exhibuit, salutem ex errore, vitam ex mortuis, nec non ingressum in paradisum, ex quo Adam ejectus fuerat, et in quem idem rursus per latronem ingressus est, quemadmodum ait Dominus, *Hodie mecum eris in paradiso,* in quem etiam introivit ipse Paulus. Ascensum quoque in coelum nobis paravit, quo praecursor pro nobis intravit Dominicus homo, in quo vivos et mortuos est judicaturus.

2. Credimus similiter in Spiritum Sanctum, *qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.* Dogmatis autem omnibus quae his contraria fuerint, anathema dicimus. Neque enim Filio-patrem agnoscimus, qui unius sit substantiae, non vero consub-

[a] Haec locutio in Athanasio minime culpanda est, quam nempe ipse ac post eum Epiphanius in Ancorato §. 95, et Cassianus Collat. XI, c. 13, et de Incarnatione lib. V c. 5, et lib. VI, c. 22, forteque alii catholice usurparunt: unde ipse Augustinus, qui eam redarguit, ut vidimus, nonnulla tamen posse ratione defendi fatetur. Hi scilicet quos modo memoravimus, per *hominem dominicum* nihil aliud intelligunt quam humanam Christi naturam, quemadmodum certe quum iidem et alii e Patribus *hominem* a Verbo assumtum tam crebro dicunt, humanam tantum naturam indicant, non distinctam personam. Hinc Cassianus in his ipsis locis, ubi Nestorium duas in Christo personas inducentem refellit, iisdem illis vocibus uti minime refugit. *Edit. Bened.* Quod isto ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος signaret Athanasius humanam Christi naturam, id satis firmari censet vir eruditus amicus meus, eo quod inter alia hoc posuerit, p. 222, Filium Dei τὸν ἡμέτερον assumpsisse ἄνθρωπον,—ἐν ᾧ ἀνθρώπῳ, pergit scribere, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέστη ἐκ νεκρῶν.

ζοντες τὰ παρα τοῦτο φρονοῦντα δόγματα. Οὔτε γὰρ Υἱοπάτορα φρονοῦμεν, ὡς οἱ Σαβέλλιοι λέγοντες μονοούσιον καὶ οὐχ ὁμοούσιον, καὶ ἐν τούτῳ ἀναιροῦντες τὸ εἶναι Υἱόν· οὔτε τὸ παθητὸν σῶμα, ὃ ἐφόρεσε διὰ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σωτηρίαν, ἀνατίθεμεν τῷ Πατρί· οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις μεμερισμένας καθ' ἑαυτὰς, ὥσπερ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἐστὶ λογίσασθαι, ἵνα μὴ πολυθείαν ὡς τὰ ἔθνη φρονήσωμεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ πηγῆς ποταμὸς γεγεννημένος οὐ διῃρέθη, καίτοι δύο σχήματα καὶ δύο ὀνόματα τυγχάνοντα· οὔτε γὰρ ὁ Πατὴρ Υἱός ἐστιν, οὔτε ὁ Υἱὸς Πατήρ ἐστιν· ὁ γὰρ Πατὴρ Υἱοῦ πατήρ ἐστι, καὶ ὁ Υἱὸς Πατρὸς υἱός ἐστιν. Ὡς γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ πηγὴ ποταμὸς, οὐδὲ ὁ ποταμὸς πηγὴ, ἀμφότερα δὲ ἓν καὶ ταυτόν ἐστιν ὕδωρ τὸ ἐκ τῆς πηγῆς εἰς τὸν ποταμὸν μετοχετευόμενον, οὕτως ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἰς τὸν Υἱὸν θεότης ἀρρεύστως καὶ ἀδιαιρέτως τυγχάνει· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος, ' ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἥκω·' παρὰ δὲ τῷ Πατρί ἐστιν ἀεὶ, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ

Joan. xvi. 28.

stantialis, ut volunt Sabelliani, qui hoc pacto Filium penitus tollunt. Neque etiam patibile corpus, quod propter totius mundi salutem gestavit, attribuimus Patri; neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare, ne, ut gentes, deorum multitudinem inducamus; sed sicut fluvius, qui ex fonte genitus, ab eodem non separatur, quamvis duæ sint illorum figurae duove nomina. Siquidem neque Pater est Filius, neque Filius est Pater; nam Pater, Filii pater est, et Filius, Patris est filius. Ut enim fons non est fluvius, neque fluvius est fons, sed uterque una et eadem est aqua, quae ex fonte permanat in fluvium; sic divinitas ex Patre in Filium absque fluxione et divisione diffunditur. Hinc dicit Dominus: *Ex Patre exivi et venio.* Apud Patrem autem semper is est, qui est in sinu Patris; nec umquam sinus Patris Filii divinitate est exinanitus. Namque ait: *Ego eram apud eum com-*

Πατρός· οὐδέποτε δὲ ἐκενώθη ὁ κόλπος τοῦ Πατρὸς τῆς τοῦ Υἱοῦ Θεότητος· φησὶ γάρ, 'ἐγὼ ἤμην παρ' 'αὐτῷ ἁρμόζουσα.' Οὐ φρονοῦμεν δὲ κτίσμα ἢ ποίημα ἢ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν τοῦ παντὸς κτίστην Θεὸν, τὸν τοῦ 5 Θεοῦ Υἱὸν, τὸν ἐκ τοῦ ὄντος ὄντα, τὸν ἐκ τοῦ μόνου μόνον, ὡς [*fors.* ᾧ *Editores Benedictini*] συναπεγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως ἡ ὁμοία δόξα καὶ δύναμις· 'ὁ 'γὰρ ἑωρακὼς τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἑώρακε.' Τὰ πάντα δηλονότι διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκτίσθησαν· ἀλλ' 10 οὐκ ἔστιν αὐτὸς κτίσμα, ὥς φησιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ Κυρίου, 'ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα· καὶ αὐτός 'ἐστι πρὸ πάντων·' οὐ λέγει δὲ ὅτι πρὸ πάντων ἐκτίσθη, ἀλλ' ὅτι πρὸ πάντων ἐστί· τὸ γοῦν ἐκτίσθαι, ἐπὶ πάντων κεῖται· τὸ δὲ, ἔστι πρὸ πάντων, μόνῳ τῷ 15 Υἱῷ ἁρμόττει.

Prov. viii. 30. Joan. xiv. 9. Coloss. i. 16, 17.

γʹ. Γέννημα τοίνυν κατὰ φύσιν ἐκ τελείου τέλειόν ἐστι, 'πρὸ πάντων βουνῶν γεννηθὲν,' τοῦτ' ἔστιν πρὸ πάσης λογικῆς καὶ νοερᾶς οὐσίας, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ φησὶν[a] 'πρωτότοκον πάσης κτίσεως.' Ἀλλὰ

Prov. viii. 26. Coloss. i. 15.

ponens. Nec vero sentimus creatum aut factum, aut ex nihilo esse rerum omnium creatorem Deum, Dei Filium, ex existente existentem, ex solo solum, cui ab aeternitate ex Patre par gloria et virtus simul ingenita est: nam qui vidit Filium, vidit et Patrem. Nempe omnia per Filium creata sunt; at non ipse res est creata, uti his verbis docet Paulus; *Quia in ipso creata sunt omnia, et ipse est ante omnia.* Non autem dicit eum ante omnia creatum esse, sed esse ante omnia. Hoc igitur verbum, creatum esse, de omnibus quidem dicitur; sed esse ante omnia soli utique Filio congruit.

3. Ille itaque fetus est natura perfectus ex perfecto, *ante omnes colles genitus,* hoc est, ante omnem naturam ratione et intelligentia praeditam, quemadmodum alibi Paulus eum vocat *primogenitum omnis creaturae.* Verum quum primogenitum dixit, illum non creatum esse, sed fetum esse Patris signifi-

[a] Ita MSS. nonnulli. In edito additum est αὐτὸν ὁ Παῦλος.

πρωτότοκον εἰπὼν, δηλοῖ μὴ εἶναι αὐτὸν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα τοῦ Πατρός· ξένον γὰρ ἐπὶ τῆς Θεότητος αὐτοῦ τὸ λέγεσθαι κτίσμα. Τὰ γὰρ πάντα ἐκτίσθησαν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, ὁ δὲ Υἱὸς μόνος ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως ἐγεννήθη· διὸ πρωτότοκός ἐστι πάσης 5 κτίσεως ὁ Θεὸς Λόγος, ἄτρεπτος ἐξ ἀτρέπτου. Ἔστι τοίνυν τὸ ὃ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα, κτίσμα, περὶ οὗ λέγει Ἱερεμίας κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν ἔκδοσιν, 'Κύριος ἡμῖν ἔκτισεν εἰς καταφύτευμα 'σωτηρίαν καινὴν, ἐν ᾗ σωτηρίᾳ περιελεύσονται ἄν- 10 'θρωποι·' κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, περὶ τοῦ αὐτοῦ ῥητοῦ κεῖται, 'ἔκτισε Κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ.' Ἡ δὲ κτισθεῖσα ἡμῖν εἰς καταφύτευμα σωτηρία, καινὴ καὶ οὐ παλαιὰ, ἡμῖν τε καὶ οὐ πρὸ ἡμῶν, Ἰησοῦς ἐστὶν, ὁ κατὰ τὸν σωτῆρα γενόμενος ἄνθρωπος[a], ὃς 15 ἑρμηνεύεται πῇ μὲν σωτηρία, πῇ δὲ σωτήρ· ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σωτῆρος ἡ σωτηρία, ὃν τρόπον ἐκ τοῦ φωτὸς ὁ φωτισμός. Ἡ οὖν ἐκ τοῦ σωτῆρος σωτηρία κτι-

Jerem. xxxviii. 22.

cavit. Siquidem alienum est ab ejus Divinitate, rem creatam ipsum dici. Omnia enim a Patre per Filium creata sunt: solus autem Filius ab aeternitate ex Patre genitus est, unde Deus Verbum primogenitus est omnis creaturae, immutabilis ex immutabili. Itaque corpus quod quidem propter nos assumsit, res creata est, de quo dicit Jeremias juxta Septuaginta interpretum editionem: *Dominus creavit nobis in plantationem salutem novam, in qua salute homines circumibunt;* interprete autem Aquila: *Creavit Dominus novum in femina.* Creata porro nobis in plantationem salus nova et non antiqua, nobis et non ante nos, Jesus est, qui, quatenus Salvator, factus est homo, quae quidem vox, *Jesus*, aliquando salus, aliquando salvator redditur. Est autem ex Salvatore salus, ut ex lumine illuminatio. Itaque nova ex Salvatore creata salus, ut loquitur Jeremias, *nobis salutem novam creavit;* vel, ut vertit

[a] Hanc scripturam invenisse constat Facundum Hermaniensem in lib. xi pro defensione Trium Capitul. cap. 2. ubi vertitur, *Jesus, qui juxta Salvatorem factus est homo.*

σθεῖσα καινὴ, καθὼς λέγει Ἱερεμίας, ‘ἔκτισεν ἡμῖν ‘σωτηρίαν καινὴν,’ καὶ ὡς Ἀκύλας φησὶν, ‘ἔκτισε ‘Κύριος καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ,’ τουτέστιν ἐν τῇ Μαρίᾳ· οὐδὲν γὰρ ἐκτίσθη καινὸν ἐν τῇ θηλείᾳ, εἰ μὴ τὸ ἐκ
5 τῆς Παρθένου Μαρίας τεχθὲν ἄνευ συνουσίας Κυριακὸν σῶμα, ὡς καὶ ἐν Παροιμίαις ἐκ προσώπου τοῦ Ἰησοῦ λέγει, ‘Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα ‘αὐτοῦ·’ οὐ λέγει δὲ, πρὸ ἔργων ἔκτισέ με, ἵνα μή τις εἰς τὴν Θεότητα τοῦ Λόγου ἐκλάβοι τὸ ῥητόν. (Prov. viii. 22.)

10 δ'. Ἑκάτερα τοίνυν τὰ περὶ τὸ κτίσμα ῥητὰ σωματικῶς εἰς τὸν Ἰησοῦν γέγραπται, ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν ἐκτίσθη ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος, ὃν εἰς σωτηρίαν ἡμῖν ἐφανέρωσε· ‘διὰ τούτου γὰρ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ‘ἔχομεν προσαγωγήν·’ αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, ἡ
15 πρὸς τὸν Πατέρα ἀνάγουσα ἡμᾶς· ὁδὸς δὲ σωματικόν τί ἐστι θέαμα, ἥτις ἐστὶν ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος. Τὰ πάντα γοῦν ἔκτισεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, οὐκ ὢν κτίσμα, ἀλλὰ γέννημα· οὐδὲν γὰρ τῶν κτισμάτων ἔκτισέ τι ἴσον ἢ ὅμοιον ἑαυτῷ· πατρὶ δὲ ἔοικε τὸ (Ephes. ii. 18. Joan. xiv. 6.)

Aquila, *Creavit Dominus novum in femina,* id est in Maria. Nihil enim novum in femina creatum est, nisi Dominicum corpus, quod Maria Virgo absque concubitu peperit, ut ex persona Jesu in Proverbiis legitur: *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua.* Non dicit, ante opera creavit me, ne quis id ad Divinitatem Filii referret.

4. Utrumque ergo illud de re creata dictum, de Jesu secundum corpus scriptum est. Siquidem principium viarum creatus est Dominicus homo, quem nobis nostrae salutis procurandae causa exhibuit. *Nam per ipsum habemus accessum ad Patrem:* ipse enim est via quae nos ad Patrem ducit. Via autem corporeum quiddam est quod oculis cernitur, estque ipse Dominicus homo. Omnia ergo creavit Verbum Dei, quod ipsum non creatum est, sed genitum. Namque nulla res creata aliquid aequale vel simile sibi ipsi potest creare: sed patris est generare, et artificis creare. Itaque res facta et

γεννᾶν, τεχνίτῃ δὲ τὸ κτίζειν. Ποίημα γοῦν ἐστὶ καὶ
1 Cor. i. 30. κτίσμα, τὸ ὃ δι' ἡμᾶς ἐφόρεσε σῶμα ὁ Κύριος, ‘[a] ὃ
‘ ἐγεννήθη ἡμῖν,’ ὥς φησιν ὁ Παῦλος, ‘ ἀπὸ Θεοῦ
‘ σοφία καὶ ἁγιασμὸς καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀπολύτρω-
‘ σις’ καίπερ πρὸ ἡμῶν καὶ πάσης κτίσεως σοφία τοῦ 5
Πατρὸς ἦν ὁ Λόγος καὶ ἔστι. Τὸ δὲ Ἅγιον Πνεῦμα,
ἐκπόρευμα ὂν τοῦ Πατρὸς, ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶ
Eph. i. 23. τοῦ πέμποντος Πατρὸς καὶ τοῦ φέροντος Υἱοῦ, δι' οὗ
ἐπλήρωσε τὰ πάντα. Ὁ Πατὴρ συνέχων [*fors.* οὖν
ἔχων] ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι, ἐγέννησε τὸν Υἱὸν, ὡς ἔφα- 10
μεν, καὶ οὐκ ἔκτισεν, ὡς ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς, καὶ ὡς
βλαστὸν ἀπὸ ῥίζης, καὶ ὡς ἀπαύγασμα ἀπὸ φωτὸς, ἃ
οἶδεν ἡ φύσις ἀδιαίρετα· δι' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κρά-
τος, μεγαλοσύνη, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, καὶ εἰς τοὺς
σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Opp. S. Atha- 15
nasii edit. Benedictin. Paris. 1698. vol. I. p. 99.

creata est corpus, quod propter nos gestavit Dominus, *quod genitum nobis est,* ut ait Paulus, *a Deo sapientia et sanctificatio et justitia et redemptio;* quamvis ante nos atque rem quamlibet creatam et fuerit et sit Verbum, Patris sapientia. Sanctus autem Spiritus qui a Patre procedit, semper est in manibus Patris mittentis, et ferentis Filii, per quem scilicet omnia replevit. Pater igitur qui ex seipso esse, ut ita loquar, continet, Filium, uti diximus, genuit, non creavit, non secus ac fluvium ex fonte, germen ex radice, et splendorem ex luce, quae individua esse, natura ipsa agnoscit. Per ipsum autem sit Patri gloria, potestas et majestas ante omnia saecula, et in omnia saecula saeculorum. Amen.

[a] Designatur, ut patet ex superioribus, natura humana, per quam haec tanta dona recepimus; quaeque interea nequibat δίχα τοῦ Λόγου ὑποστῆναι, ut ait S. Hippolytus supra Vol. I. p. 73. διὰ τὸ ἐν Λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχειν. Habet ipse Apostoli textus ὃς pro ὃ cum impressus tum MStus.

DEFINITIO FIDEI

APUD CONCILIUM GENERALE VI

ANNO CHRISTI DCLXXX

CONSTANTINOPOLI CELEBRATUM.

DEFINITIO FIDEI

APUD CONCILIUM GENERALE SEXTUM.

Ἡ ἉΓΙΑ καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ πανευσεβὲς θέσπισμα τοῦ εὐσε-
5 βεστάτου καὶ πιστοτάτου μεγάλου Βασιλέως Κωνσταντίνου συναχθεῖσα ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει, νέᾳ Ῥώμῃ, ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλαίου τῷ ἐπιλεγομένῳ Τρούλλῳ, ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα.

10 Ὁ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς μονογενὴς Υἱός τε καὶ Λόγος, ὁ κατὰ πάντα ὅμοιος ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενος ἄνθρωπος, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ἐν εὐαγγελικαῖς διαπρυσίως ἐκήρυξε φωναῖς· ‘Ἐγώ εἰμι τὸ ‘φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπα-
15 ‘τήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ’ ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς·’ καὶ πάλιν· ‘Εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ‘ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.’ Ταύτῃ τοι τῇ θεολέκτῳ τῆς εἰρήνης διδασκαλίᾳ θεοσόφως ὁ πρᾳότατος ἡμῶν Βασιλεὺς ὁδηγούμενος, ὁ τῆς μὲν ὀρθοδοξίας ὑπέρμαχος, τῆς
20 δὲ κακοδοξίας ἀντίμαχος, τὴν καθ’ ἡμᾶς ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν συναθροίσας ὁμήγυριν, τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἅπαν ἥνωσε σύγκριμα. Ὅθεν ἡ καθ’ ἡμᾶς

Joan. viii. 12.

Joan. xiv. 27.

ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος τὴν ἀπό τινων καὶ ὧδε χρόνων τῆς δυσσεβείας πλάνην πόρρωθεν ἀπελάσασα, καὶ τῇ τῶν ἁγίων καὶ ἐκκρίτων Πατέρων ἀπλανῶς εὐθείᾳ τρίβῳ κατακολουθήσασα, ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς πέντε Συνόδοις ἐν ἅπασιν εὐσεβῶς ὡμοφώ- 5 νησε. Φαμὲν δὴ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων κατὰ τοῦ μανιώδους Ἀρείου· καὶ τῇ μετ᾽ αὐτὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφόρων ἀνδρῶν κατὰ Μακεδονίου τοῦ Πνευματομάχου, καὶ Ἀπολλιναρίου τοῦ 10 δυσσεβοῦς· ὁμοίως καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον κατὰ Νεστορίου τοῦ Ἰουδαιόφρονος συναγηγερμένων διακοσίων θεσπεσίων ἀνδρῶν· καὶ τῇ ἐν Καλχηδόνι τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα θεοπνεύστων Πατέρων κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου τῶν θεοστυγῶν· πρὸς ταύ- 15 ταις καὶ τῇ τελευταίᾳ τούτων πέμπτῃ ἁγίᾳ Συνόδῳ, τῇ ἐνταῦθα συναθροισθείσῃ κατὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, Ὠριγένους, Διδύμου τε καὶ Εὐαγρίου, καὶ τῶν συγγραμμάτων Θεοδωρίτου τῶν κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἀοιδίμου Κυρίλλου, καὶ τῆς 20 λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς πρὸς Μαρὴν γεγράφθαι τὸν Πέρσην· ἀκαινοτόμητα μὲν ἐν πᾶσι τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνανεωσαμένη θεσπίσματα, τὰ βέβηλα δὲ τῆς δυσσεβείας ἐκδιώξασα δόγματα· καὶ τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων ἐκτεθὲν, καὶ αὖθις 25 παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφρόνως βεβαιωθὲν, ὅπερ καὶ αἱ λοιπαὶ ἅγιαι Σύνοδοι ἐπ᾽ ἀναιρέσει πάσης ψυχοφθόρου αἱρέσεως ἀσπασίως ἐδέξαντο καὶ ἐπεκύρωσαν Σύμβολον· καὶ ἡ καθ᾽ ἡμᾶς ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ θεοπνεύστως ἐπεσφράγισε Σύνοδος. 30

Ἔκθεσις πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ, κ. τ. λ.

Hic sequuntur duo Symbola, Nicaenum et Constantinopolitanum.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος εἶπεν, Ἤρκει μὲν
5 εἰς ἐντελῆ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἐπίγνωσίν τε καὶ
βεβαίωσιν, τὸ εὐσεβὲς καὶ ὀρθόδοξον τοῦτο τῆς θείας
χάριτος Σύμβολον. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἐπαύσατο ἀρχῆθεν
τῆς κακίας ὁ ἐφευρετὴς συνεργὸν τὸν ὄφιν εὑράμενος,
καὶ δι' αὐτοῦ τὸν ἰοβόλον τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει προσα-
10 γόμενος θάνατον, οὕτω καὶ νῦν ὄργανα πρὸς τὴν
οἰκείαν αὐτοῦ βούλησιν εὑρηκὼς ἐπιτήδεια, Θεόδωρόν
φαμεν τὸν γενόμενον τῆς Φαρῶν ἐπίσκοπον, Σέργιον,
Πύρρον, Παῦλον, Πέτρον, τοὺς γενομένους προέδρους
τῆς βασιλευούσης ταύτης πόλεως, ἔτι δὲ καὶ Ὀνώριον[a]
15 τὸν γενόμενον Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, Κῦρον
τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπισκοπήσαντα, Μακαριόν τε τὸν
Ἀντιοχείας προσεχῶς γενόμενον πρόεδρον, καὶ Στέ-
φανον τὸν τούτου μαθητὴν, οὐκ ἤργησε δι' αὐτῶν τῷ
τῆς Ἐκκλησίας πληρώματι τῆς πλάνης ἐπεγείρειν τὰ
20 σκάνδαλα, ἑνὸς θελήματος καὶ μιᾶς ἐνεργείας ἐπὶ τῶν
δύο φύσεων τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, Χριστοῦ τοῦ
ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῷ ὀρθοδόξῳ λαῷ καινοφώνως
ἐνσπείρας τὴν αἵρεσιν, τῇ Ἀπολλιναρίου, Σεβήρου,

[a] Confer hujus Concilii Actiones XII et XIII, tom. VI, p. 927–971. ed. Concil. Labbe; tom. III, p. 1320–1353, ed. Harduin. ubi adductis et diligenter consideratis Honorii ad Sergium Latine scriptis decrevit Concilium, istaec se invenisse aliena ab Apostolorum dogmatis, atque definitionibus Conciliorum ac Patrum; ideoque Honorii nomen ab Ecclesia projici judicavit. Sed vero S. Maximus Confessor, in Disputatione cum Pyrrho Monothelita, p. 181, edit. Combefis. a Scholiasta Graeco ad Acta Concilii indicatus, Pyrrho Honorium sibi vindicanti respondens ait, se posthabito Concilio de hac re potius credere viro illi insigni, qui Honorii jussu Sergio responsum dederat, siquidem ille in epistola nomine Joannis Papae conscripta sensum orthodoxum priori epistolae affinxerit. Id quidem apocrisiarius iste fecerat, aliter vero rem se habere visum est, non tantum Concilio generali, sed etiam Episcopis Romanis in fidei professionibus. Vide enim Excerptum ex Diurno Romanorum Pontificum, supra collocatum, p. 153.

καὶ Θεμιστίου τῶν δυσσεβῶν φρενοβλαβεῖ κακοδοξίᾳ
συνᾴδουσαν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ
αὐτοῦ ἑνὸς Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν
ἀνελεῖν διά τινος δολερᾶς ἐπινοίας σπουδάσασαν,
ἀθέλητον ἐντεῦθεν καὶ ἀνενέργητον τὴν νοερῶς ἐψυ- 5
χωμένην αὐτοῦ σάρκα δυσφήμως εἰσάγουσαν. Ἐξή-
γειρε τοίνυν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν τὸν πιστὸν Βασιλέα
Act. xiii. 22. τὸν νεόν Δαυὶδ, ἄνδρα κατὰ τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν εὑρη-
Psal. lxxxviii. 20. κώς· ὃς οὐκ ἔδωκε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὕπνον τοῖς
Ps. cxxxi. 4. ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμὸν, 10
ἕως ὅτου διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσυλλέκτου ταύτης καὶ
ἱερᾶς ὁμηγύρεως τὸ τῆς ὀρθοδοξίας ηὗρε τέλειον κή-
Matt. xviii. 20. ρυγμα. Κατὰ γὰρ τὴν θεόλεκτον φωνὴν, 'ὅπου εἰσὶ δύο
'ἢ τρεῖς ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι συνηγμένοι, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν
'μέσῳ αὐτῶν.' Ἥτις παροῦσα ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ 15
Σύνοδος, πιστῶς δεξαμένη καὶ ὑπτίαις χερσὶν ἀσπα-
σαμένη τήν τε τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου Πάπα
τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος γενομένην ἀνα-
φορὰν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ πιστότατον ἡμῶν
Βασιλέα Κωνσταντῖνον, τὴν ἀποβαλλομένην ὀνομαστὶ 20
τοὺς κηρύξαντας καὶ διδάξαντας, ὡς προδεδήλωται,
ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκο-
νομίας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ὡσαύτως
δὲ προσηκαμένη καὶ τὴν ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἁγιώ-
τατον Πάπαν ἱερᾶς Συνόδου τῶν ἑκατὸν εἴκοσι πέντε 25
θεοφιλῶν Ἐπισκόπων ἑτέραν συνοδικὴν ἀναφορὰν πρὸς
τὴν αὐτοῦ θεόσοφον γαληνότητα, οἷά τε συμφωνούσας
τῇ τε ἁγίᾳ ἐν Καλχηδόνι Συνόδῳ, καὶ τῷ τόμῳ τοῦ
πανιέρου καὶ μακαριωτάτου Πάπα τῆς αὐτῆς πρεσβυ-
τέρας Ῥώμης Λέοντος, τῷ σταλέντι πρὸς Φλαβιανὸν 30

τὸν ἐν ἁγίοις· ὃν καὶ στήλην ὀρθοδοξίας ἡ τοιαύτη
Σύνοδος ἀπεκάλεσεν· ἔτι μὴν καὶ ταῖς συνοδικαῖς
ἐπιστολαῖς ταῖς γραφείσαις παρὰ τοῦ μακαρίου Κυ-
ρίλλου κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ πρὸς
5 τοὺς τῆς ἀνατολῆς Ἐπισκόπους. Ἑπομένη τε ταῖς
τε ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς πέντε Συνόδοις, καὶ τοῖς
ἁγίοις καὶ ἐκκρίτοις Πατράσι, καὶ συμφώνως ὁρίζουσα,
ὁμολογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀλη-
θινὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν ἕνα τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ
10 ζωαρχικῆς Τριάδος τέλειον ἐν Θεότητι, καὶ τέλειον τὸν
αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι· Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον
ἀληθῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος.
ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν Θεότητα, καὶ ὁμοούσιον
ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα
15 ὅμοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας· τὸν πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ
τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν Θεότητα, ἐπ᾽ ἐσχάτων
δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι᾽ ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμε-
τέραν σωτηρίαν ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς
Παρθένου τῆς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκου,
20 κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν
Υἱὸν Κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως,
ἀτρέπτως, ἀχωρίστως, ἀδιαιρέτως γνωριζόμενον· οὐ-
δαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν
ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας
25 φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν
συντρεχούσης, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ
διαιρούμενον, ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ
Θεοῦ Λόγον Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καθάπερ ἄνωθεν
οἱ Προφῆται περὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ
30 Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῖν

παραδέδωκε Σύμβολον· καὶ δύο φυσικὰς θελήσεις
ἤτοι θελήματα ἐν αὐτῷ, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας
ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀμερίστως, ἀσυγχύτως, κατὰ
τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίαν ὡσαύτως κη-
ρύττομεν· καὶ δύο μὲν φυσικὰ θελήματα οὐχ ὑπε- 5
ναντία, μὴ γένοιτο, καθὼς οἱ ἀσεβεῖς ἔφησαν αἱρετικοὶ,
ἀλλ᾽ ἑπόμενον τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ θέλημα, καὶ μὴ
ἀντιπίπτον ἢ ἀντιπαλαῖον, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ὑπο-
τασσόμενον τῷ θείῳ αὐτοῦ καὶ πανσθενεῖ θελήματι.
Ἔδει γὰρ τὸ τῆς σαρκὸς θέλημα κινηθῆναι, ὑποτα- 10
γῆναι δὲ τῷ θελήματι τῷ θεϊκῷ, κατὰ τὸν πάνσοφον
Ἀθανάσιον· ὥσπερ γὰρ ἡ αὐτοῦ σὰρξ, σὰρξ τοῦ
Θεοῦ Λόγου λέγεται καὶ ἔστιν, οὕτω καὶ τὸ φυσικὸν
τῆς σαρκὸς αὐτοῦ θέλημα ἴδιον τοῦ Θεοῦ Λόγου λέ-
Joan. vi. 38. γεται καὶ ἔστι, καθά φησιν αὐτός, ‘ὅτι καταβέβηκα ἐκ 15
‘τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ
‘τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Πατρὸς,’ ἴδιον λέγων
θέλημα αὐτοῦ τὸ τῆς σαρκὸς, ἐπεὶ καὶ ἡ σὰρξ ἰδία
αὐτοῦ γέγονεν· ὃν γὰρ τρόπον ἡ παναγία καὶ ἄμωμος
ἐψυχωμένη αὐτοῦ σὰρξ θεωθεῖσα οὐκ ἀνῃρεθη, ἀλλ᾽ 20
ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτῆς ὅρῳ τε καὶ λόγῳ διέμεινεν, οὕτω καὶ
τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ θέλημα θεωθὲν οὐκ ἀνῃρέθη,
σέσωσται δὲ μᾶλλον κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον
λέγοντα· τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα
νοουμένου οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον· δύο δὲ 25
φυσικὰς ἐνεργείας ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀμερίστως,
ἀσυγχύτως ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ
τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν δοξάζομεν, τουτέστι θείαν
ἐνέργειαν, καὶ ἀνθρωπίνην ἐνέργειαν κατὰ τὸν θεη-
γόρον Λέοντα τρανέστατα φάσκοντα· ἐνεργεῖ γὰρ 30

ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε, τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦτο, ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος. Οὐ γὰρ δήπου μίαν δώσομεν 5 φυσικὴν τὴν ἐνέργειαν Θεοῦ καὶ ποιήματος, ἵνα μήτε τὸ ποιηθὲν εἰς τὴν θείαν ἀναγάγωμεν οὐσίαν, μήτε μὴν τῆς θείας φύσεως τὸ ἐξαίρετον εἰς τὸν τοῖς γεννητοῖς πρέποντα καταγάγωμεν τόπον· ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη γινώσκομεν κατ' 10 ἄλλο καὶ ἄλλο τῶν ἐξ ὧν ἐστὶ φύσεων, καὶ ἐν αἷς τὸ εἶναι ἔχει, ὡς ὁ θεσπέσιος ἔφησε Κύριλλος. Πάντοθεν γοῦν τὸ ἀσύγχυτον καὶ ἀδιαίρετον φυλάττοντες συντόμῳ φωνῇ τὸ πᾶν ἐξαγγέλλομεν· ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος καὶ μετὰ σάρκωσιν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν 15 Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν εἶναι πιστεύοντες, φαμὲν δύο αὐτοῦ τὰς φύσεις ἐν τῇ μιᾷ αὐτοῦ διαλαμπούσας ὑποστάσει, ἐν ᾗ τά τε θαύματα καὶ τὰ παθήματα δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς οἰκονομικῆς ἀναστροφῆς οὐ κατὰ φαντασίαν, ἀλλὰ ἀληθῶς ἐπεδείξατο, τῆς 20 φυσικῆς ἐν αὐτῇ τῇ μιᾷ ὑποστάσει διαφορᾶς γνωριζομένης τῷ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ἑκατέραν φύσιν θέλειν τε καὶ ἐνεργεῖν τὰ ἴδια· καθ' ὃν δὴ λόγον καὶ δύο φυσικὰ θελήματά τε καὶ ἐνεργείας δοξάζομεν πρὸς σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους καταλ-25 λήλως συντρέχοντα. [a] Τούτων τοίνυν μετὰ πάσης πανταχόθεν ἀκριβείας τε καὶ ἐμμελείας παρ' ἡμῶν διατυπωθεντων, ὁρίζομεν ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρως. Τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συν-

[a] Quae verba hic posita sunt ad finem usque, ea omnia Definitionem Concilii Chalcedonensis claudunt. Vid. supra p. 79 et p. 120.

τιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἢ προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον Σύμβολον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἢ γοῦν ἐξ αἱρέσεως οἱασοῦν, ἢ καινοφωνίαν, ἤτοι λέξεως ἐφεύρεσιν πρὸς ἀνατροπὴν εἰσάγειν τῶν νυνὶ παρ' ἡμῶν διορισθέντων, τούτους, εἰ μὲν Ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοὶ, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς Ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου, εἰ δὲ μονάζοντες εἶεν, ἢ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς. Sext. Synod. Actione XVIII.

Apud Concilia tom. VI ed. Labbe, p. 1019; tom. III ed. Harduin. p. 1396.

INTERPRETATIO LATINA VETUS.

Sancta magna atque universalis Synodus, quae per gratiam Dei et piam sanctionem Constantini piissimi et fidelissimi magni Imperatoris congregata est in hac a Deo conservanda regia Constantinopoli nova Roma, in secretario divalis palatii, quod cognominatur Trullus, decrevit quae habentur in subditis.

Unigenitus Dei Patris Filius et Verbum qui per omnia similis nobis absque peccato factus est homo, Christus verus Deus noster, per evangelicas voces flagranter praedicavit, *Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae.* Et iterum; *Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Hac proinde divinitus edita pacis doctrina Deo instruente, mansuetissimus noster Imperator institutus, propugnator quidem rectae fidei, expugnator vero pravae doctrinae, hoc sanctum universale nostrum congregans Collegium, totius Ecclesiae adunavit compaginem. Unde hoc sanctum nostrum universale Concilium impietatis errorem, qui nunc usque a quibusdam temporibus factus est, procul abjiciens, sanctorum autem ac probabilium Patrum inoffense recto tramite iter consecutum, sanctis et universalibus quinque Synodis pie in om-

Joan. viii. 12.

Joan. xiv. 27.

nibus consonuit, trecentorum, inquimus, decem et octo sanctorum Patrum qui in Nicaeam convenerunt adversus Arium furiosum, et ei, quae a CL a Deo inspiratis viris post hanc apud Constantinopolim adversus Macedonium impugnatorem Spiritus, et Apollinarem impium; similiter et ei, quae in Epheso prius adversus Nestorium Judaicae intelligentiae congregata est ducentorum venerabilium virorum; atque ei, quae in Chalcedone sexcentorum triginta Deo inspiratorum Patrum adversum Eutychem et Dioscorum Deo odibiles: super has et ultimae harum quintae sanctae Synodo, quae hic congregata est adversus Theodorum Mopsuestenum, Origenem, Didymum et Evagrium, scripta Theodoriti adversum duodecim capitula laudabilis Cyrilli, et epistolam quae dicitur Ibae ad Marim Persam scriptam, immutilatas quidem in omnibus pietatis renovans sanctiones, profanas vero impietatis expellens doctrinas: et id quod est a trecentis decem et octo Patribus editum, et dehinc a CL Deo instituente confirmatum est, quod etiam ceterae sanctae Synodi ad exstinguendam omnem pestiferam haeresin alacriter susceperunt et confirmaverunt Symbolum, et hoc nostrum sanctum et universale a Deo inspiratum consignavit Concilium.

SYMBOLUM NICAENORUM, &c.

[*Sequuntur Symbola Nicaenum et CPolitanum.*]

Sanctum et universale Concilium dixit, Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxae fidei cognitionem atque confirmationem, pium atque orthodoxum hoc divinae gratiae Symbolum. Sed quoniam non destitit ab exordio adinventor malitiae co-operatorem sibi serpentem inveniens, et per eum venenosam humanae naturae deferens mortem, et ita organa ad propriam sui voluntatem apta reperiens, Theodorum dicimus, qui fuerat Episcopus Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt hujus regiae urbis Antistites, insuper et Honorium, qui fuit Papa antiquae Romae, et Cyrum, qui Alexandriae tenuit episcopatum, Macarium quoque, qui nuper fuerat Antiochiae Praesul,

et Stephanum ejus discipulum, non vacavit per eos plenitudini Ecclesiae erroris scandala suscitare, unius voluntatis, et unius operationis in duabus naturis unius de sancta Trinitate, Christi veri Dei nostri, orthodoxae plebi novisone disseminando haeresin consentaneam, insanae ac mali- 5 tiosae sectae impiorum Apollinarii, Severi, atque Themistii: quae et perfectionem humanitatis unius, ejusdemque Domini Jesu Christi Dei nostri, molita est per quamdam dolosam adinventionem perimere, per hoc involuntariam et inoperatricem carnem ejus, quae intellectualiter animata est, in- 10 famiter introducens. Excitavit igitur Christus Deus noster fidelissimum Imperatorem novum David, *virum secundum cor suum* inveniens, qui *non dedit* juxta quod scriptum est, *somnum oculis suis, et palpebris suis dormitationem*, donec per hunc nostrum a Deo congregatum sacrumque Con- 15 ventum, ipsam rectae fidei reperit perfectam praedicationem, secundum enim a Domino editam vocem, *ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Quae praesens sancta et universalis Synodus fideliter suscipiens, et expansis manibus amplectens, tam suggestionem 20 quae a sanctissimo ac beatissimo Agathone Papa antiquae Romae facta est ad Constantinum piissimum atque fidelissimum nostrum Imperatorem, quae nominatim abjecit eos qui docuerunt vel praedicaverunt, sicut superius dictum est, unam voluntatem et unam operationem in incarnationis 25 dispensatione Domini nostri Jesu Christi veri Dei nostri, adaeque amplexa est, et alteram synodalem suggestionem quae missa est a sacro Concilio, quod est sub eodem sanctissimo Papa centum vigintiquinque Deo amabilium Episcoporum, ad ejus a Deo instructam tranquillitatem, utpote 30 consonantes sancto Chalcedonensi Concilio, et tomo sacerrimi ac beatissimi Papae ejusdem antiquae Romae Leonis, qui directus est ad sanctum Flavianum, quem et titulum rectae fidei hujusmodi Synodus appellavit: ad haec et synodicis epistolis, quae scriptae sunt a beato Cyrillo adversus 35 impium Nestorium, et ad orientales Episcopos. Assecuti quoque sancta quinque universalia Concilia, et sanctos atque

Act. xiii. 22.
Psalm lxxxviii. 20.
Psalm cxxxi 4.
Matth. xviii. 20.

probabiles Patres, consonanterque confiteri definientes Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum, unum de sancta et consubstantiali et vitae originem praebente Trinitate, perfectum in Deitate, et perfectum eumdem
5 in humanitate, Deum vere, et hominem vere, eumdem ex anima rationali et corpore; consubstantialem Patri secundum Deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia similem nobis absque peccato, ante saecula quidem ex Patre genitum secundum Deitatem,
10 in ultimis diebus autem eumdem propter nos et propter nostram salutem de Spiritu Sancto et Maria virgine, proprie et veraciter Dei genitrice secundum humanitatem, unum eumdemque Christum Filium Dei unigenitum, in duabus naturis inconfuse, inconvertibiliter, inseparabiliter, indivise,
15 cognoscendum, nusquam exstincta harum naturarum differentia propter unitionem, salvataque magis proprietate utriusque naturae, et in unam personam, et in unam subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum vel divisum, sed unum eumdemque unigenitum Filium Deum
20 Verbum Dominum Jesum Christum, juxta quod olim Prophetae de eo, et ipse nos Dominus Jesus Christus erudivit, et sanctorum Patrum nobis tradidit symbolum; et duas naturales voluntates in eo, et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secun-
25 dum sanctorum Patrum doctrinam adaeque praedicamus; et duas naturales voluntates non contrarias, absit, juxta quod impii asseruerunt haeretici, sed sequentem ejus humanam voluntatem, et non resistentem vel reluctantem, sed potius et subjectam divinae ejus atque omnipotenti
30 voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subjici vero voluntati divinae, juxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim ejus caro caro Dei Verbi dicitur et est, ita et naturalis carnis ejus voluntas propria Dei Verbi dicitur et est, sicut ipse ait, *Quia descendi de coelo, non ut* Joan. vi. 38.
35 *faciam voluntatem meam, sed ejus qui misit me Patris,* suam propriam dicens voluntatem, quae erat carnis ejus. Nam et caro propria ejus facta est. Quemadmodum enim sanc-

tissima atque immaculata animata ejus caro deificata non est perempta, sed in proprio sui statu et ratione permansit, ita et humana ejus voluntas deificata non est perempta, salvata est autem magis secundum deiloquum Gregorium dicentem, 'Nam illius velle, quod in Salvatore intelligitur, 5 'non est contrarium Deo deificatum totum.' Duas vero naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem Domino nostro Jesu Christo vero Deo nostro glorificamus, hoc est, divinam operationem et humanam operationem, secundum divinum praedicatorem 10 Leonem, apertissime asserentem: agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exsequente quod carnis est. Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationem Dei et creaturae, ut neque quod creatum est, in 15 divinam educamus essentiam: neque quod eximium est divinae naturae ad competentem creaturis locum dejiciamus. Unius enim ejusdemque tam miracula, quamque passiones cognoscimus, secundum aliud et aliud earum, ex quibus est, naturarum et in quibus habet esse, sicut admi- 20 rabilis inquit Cyrillus. Undique igitur inconfusum atque indivisum conservantes, brevi voce cuncta proferimus unum sanctae Trinitatis, et post incarnationem Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum esse credentes, asserimus duas ejus esse naturas in una ejus radiantes sub- 25 sistentia, in qua tam miracula, quamque passiones per omnem sui dispensativam conversationem, non per phantasiam, sed veraciter demonstravit, ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia cognoscendam, dum cum alterius communione utraque natura indivise, et inconfuse propria 30 vellet, atque operaretur: juxta quam rationem, et duas naturales voluntates et operationes confitemur, ad salutem humani generis convenienter in eo concurrentes. His igitur cum omni undique cautela atque diligentia a nobis formatis, definimus aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, 35 componereve aut sapere, vel etiam aliter docere. Qui vero praesumpserint fidem alteram componere, vel proferre, vel

docere, vel tradere aliud symbolum volentibus converti ad agnitionem veritatis ex Gentilitate, vel Judaismo, aut ex qualibet haeresi; aut qui novitatem vocis, vel sermonis adinventionem ad subversionem eorum quae nunc a nobis 5 determinata sunt, introducere, hos, si quidem Episcopi fuerint aut clerici, alienos esse, Episcopos quidem ab episcopatu, clericos vero a clero: sin autem monachi fuerint vel laici, etiam anathematizari eos.

In editionibus Conciliorum recentioribus adposita est Defi- 10 nitioni haec Latina Interpretatio, quae et in vetustioribus ante Graece edita Concilia comparet.

ARNOBII AFRI

DISPUTATIONUM ADVERSUS GENTES

LIBER PRIMUS.

ARNOBIUS.

S. Hieronymus, Lib. De Viris Illustribus, c. lxxix, pag. 169, edit. Fabricii.

Arnobius sub Diocletiano principe, Siccae apud 5 Africam florentissime rhetoricam docuit, scripsitque adversum Gentes, quae vulgo exstant volumina[a].

Idem Hieronymus in Chronico, anno xx Constantini.

Arnobius rhetor in Africa clarus habetur, qui 10 quum in civitate Siccae ad declamandum juvenes erudiret, et adhuc ethnicus ad credulitatem somniis impelleretur, neque ab Episcopo impetraret fidem, quam semper impugnaverat, elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros, et tan- 15 dem velut quibusdam obsidibus pietatis foedus impetravit. p. 400 ed. Maii.

Joan. Alberti Fabricii nota.

[a] Tempus quo scripsit Arnobius his verbis innuit ipse lib. II, 'Aetatis urbs Roma cujus esse in annalibus indicitur? Annos 20 'ducit quinquaginta et mille, aut non multum ab his minus.' Annus U. C. 1050 respondet anno Christi 298.

[Novissime prodiit Arnobianum opus Lipsiae anno 1816 recognoscente Jo. Conrado Orellio; qua quidem editione in recensendo libro primo Arnobiano maxime usus sum, adhibitis editione 25 principe et aliis.]

ARNOBII AFRI

DISPUTATIONUM ADVERSUS GENTES

LIBER PRIMUS.

I. QUONIAM comperi nonnullos, qui se pluri-
5 mum sapere suis persuasionibus credunt, insanire, bacchari, et velut quiddam promptum ex oraculo dicere, postquam esse in mundo Christiana gens coepit, terrarum orbem periisse, multiformibus malis affectum esse genus humanum, ipsos etiam coelites
10 derelictis curis solennibus, quibus quondam solebant invisere res nostras, terrarum ab regionibus exterminatos, statui, pro captu ac mediocritate sermonis, contraire invidiae, et calumniosas dissolvere criminationes, ne, aut illi sibi videantur, popularia
15 dum verba depromunt, magnum aliquid dicere, aut, si nos talibus continuerimus a litibus, obtinuisse se causam putent, victam sui vitio, non assertorum silentio destitutam. Neque enim negaverim validissimam esse accusationem istam, hostilibusque con-
20 dignos odiis nos esse, si apud nos esse constiterit causas, per quas suis mundus aberravit ab legibus, exterminati sunt dii longe, examina tanta moerorum mortalium importata sunt saeculis.

II. Inspiciamus igitur opinionis istius mentem,
25 et hoc quod dicitur, quale sit: summotisque omni-

bus contentionum studiis, quibus obscurari et contegi contemplatio rerum solet, an sit istud quod dicitur verum, momentorum parium examinatione pendamus. Efficietur enim profecto rationum consequentium copulatu, ut non impii nos magis, sed 5 [*fors.* ut non impii nos, sed magis] illi ipsi reperiantur criminis istius rei, qui se numinum profitentur esse cultores, atque inveteratis religionibus deditos. Ac primum ab his illud familiari et placida oratione perquirimus: Postquam esse nomen in terris Chris- 10 tianae Religionis occoepit, quidnam inusitatum, quid incognitum, quid contra leges principaliter institutas, aut sensit aut passa est rerum ipsa quae dicitur appellaturque natura? Nunquid in contrarias qualitates prima illa elementa mutata sunt, ex quibus 15 res omnes consensum est esse concretas? Nunquid machinae hujus et molis, qua universi tegimur et continemur inclusi, parte est in aliqua relaxata aut dissoluta constructio? Nunquid vertigo haec mundi, primigenii motus moderamen excedens, aut 20 tardius repere, aut praecipiti coepit volubilitate raptari? Nunquid ab occiduis partibus attollere se astra, atque in ortus fieri signorum coepta est inclinatio? Nunquid ipse siderum sol princeps, cujus omnia luce vestiuntur atque animantur, calore ex- 25 arsit, intepuit, atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? Nunquid luna desivit redintegrare se ipsam, atque in veteres formas novellarum semper restitutione traducere? Nunquid frigora, nunquid calores, nunquid tepores 30 medii, inaequalium temporum confusionibus occiderunt? Nunquid longos habere dies bruma, et revocare tardissimas luces nox coepit aestatis? Nun-

quid suas animas exspiraverunt venti? emortuisque flaminibus neque coelum coarctatur in nubila, nec madidari [*fors.* madidata] ex imbribus arva succes-cunt? [*fors.* succrescunt, *Anon.*] Commendata se-
5 mina tellus recusat accipere? aut frondescere arbores nolunt? Sapor frugibus esculentis, et vitis liquoribus mutatus est? Olearum ex bacculis cruor teter ex-primitur, nec lumini subministratur exstincto? Ani-malia terris sueta, atque in aquis degentia non su-
10 riunt, nec concipiunt? foetus non in uteris sumptos suis moribus, et sua lege custodiunt? Ipsi homines denique quos per inhabitabiles oras terrae sparsit prima incipiensque nativitas, non matrimonia co-pulant nuptiarum solennibus justis? non dulcissimas
15 procreant liberorum stirpes? non negotia publica, non privata, et familiares res agunt? non, ut cui-que libitum est, per diversas artium, disciplinarum-que rationes et ingenia dirigunt, et studiose referunt nativitatis usuras? [*Al. ex conjectura, Orellio eam se-*
20 *quente*, Studiosae referunt gnavitatis usuras. *An le-gendum est*, studiosi referunt nativitati usuras?] Non regnant? non imperant quibus sors rerum attributa est talibus? [*Al.* talium. *fors.* talis, *Cannegieter.*] non auctiores quotidie dignitatibus, et potestatibus fiunt?
25 judiciorum disceptationibus praesunt? leges inter-pretantur et jura? Nonne omnia cetera, quibus vita succingitur et continetur humana, suis omnes in gen-tibus patriorum celebrant institutionibus morum?

III. Quum igitur haec ita sint, neque ulla irruperit
30 novitas, quae tenorem perpetuum rerum dissociata continuatione diduxerit, quid est istud quod di-citur? invectam esse labem terris, postquam Religio Christiana intulit se mundo, et veritatis absconditae

sacramenta patefecit? 'Sed pestilentias,' inquiunt, 'et 'siccitates, bella, frugum inopiam, locustas, mures, et 'grandines, resque alias noxias, quibus negotia incur- 'santur humana, dii nobis important injuriis vestris 'atque offensionibus exasperati.' Si in rebus perspi- 5 cuis, et nullam desiderantibus defensionem, non stoliditatis esset diutius immorari, ostenderem profecto, replicatis prioribus seculis, mala ista quae dicitis, non esse incognita, non repentina: nec postquam gens nostra felicitate donari hujus vocaminis me- 10 ruit, irrupisse has labes, et infestari coepisse discriminum varietate mortalia. Si enim nos sumus in causa, et in nostri criminis meritum excogitatae sunt hae pestes, unde novit antiquitas miseriarum haec nomina? unde bellis significatum dedit? pestilen- 15 tiam, grandines, qua potuit notione signare, aut inter suas voces, quibus oratio explicabatur, assumere? Nam si novella sunt haec mala, et ab recentibus ducunt offensionibus causas, qui potuit fieri, ut eis rebus verba formaret, quas nec ipsa sciebat 20 expertam se esse, neque ullis comperisset majorum in temporibus factitatas? 'Penuria,' inquit, 'frugum, 'et angustiae frumentariae arctius nos habent.' Antiqua enim et vetustissima saecula necessitatis istius aliquando fuerunt expertia? nonne ipsa nomina, 25 quibus censentur haec mala, testificantur, et clamant nullum ab his unquam immunem abisse mortalium? Quod si ad credendum difficilis res esset, testimoniis agere possemus authorum, quantae, quoties, et quae gentes famem senserint horridam, et 30 aggerata interierint vastitate. Casus frequentissimi grandinis accidunt, atque adierunt cuncta. In literis enim priscis comprehensum et compositum non

videmus, etiam imbres saxeos totas saepe comminuisse regiones? Difficiles pluviae sata faciunt emori, et sterilitatem inducunt terris. Immunis enim antiquitas malis ab his fuit? quum etiam flumina cognoverimus ingentia limis inhorruisse siccatis. Pestilentiae contagia urunt genus humanum. Annalium scripta percurrite, linguarum diversitatibus scripta, universas discetis gentes saepenumero desolatas, et viduatas suis esse cultoribus. A locustis, a muribus, genus omne occiditur atque arroditur frugum. Historias ite per vestras, et ab istis pestibus instruemini quoties prior aetas affecta sit, et paupertatis ad miserias venerit. Terrarum validissimis motibus tremefactae nutant usque ad periculum civitates. Quid? hiatibus maximis interceptas urbes cum gentibus superiora tempora non viderunt? aut ab hujusmodi casibus fortunas habuere securas?

IV. Quando est humanum genus aquarum diluviis interemptum? non ante nos? Quando mundus incensus in favillas et cineres dissolutus est? non ante nos? Quando urbes amplissimae marinis coopertae sunt fluctibus? non ante nos? Quando cum feris bella, et praelia cum leonibus gesta sunt? non ante nos? Quando pernicies populis venenatis ab anguibus data est? non ante nos? Nam quod nobis objectare consuestis bellorum frequentium causas, vastationes urbium, Germanorum et Scythicas irruptiones, cum pace hoc vestra et cum bona venia dixerim: quale sit istud quod dicitur, calumniarum libidine non videtis.

V. Ut ante millia annorum decem, ab insula quae perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato demonstrat, magna erumperet vis hominum, et innumeras

funditus deleret atque exstingueret nationes, nos fuimus causa? ut inter Assyrios et Bactrianos Nino quondam Zoroastreque ductoribus non tantum ferro dimicaretur et viribus, verum etiam magicis et Chaldaeorum ex reconditis disciplinis, invidia nostra 5 haec fuit? ut Helena diis ducibus atque impulsoribus rapta, et suis esset dirum et venturis temporibus fatum, religionis nostrae attributum est crimini? ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret, et gressibus maria transiret, nostri nominis 10 effectum est injuria? ut ex Macedoniae finibus unus exortus adolescens Orientis regna et populos captivitati et servitio subjugaret, nos fecimus atque excitavimus causas? ut modo Romani, velut aliquod flumen torrens, cunctas submergerent atque obrue- 15 rent nationes, nos videlicet numina praecipitavimus in furorem? Quod si hominum nullus est, qui, quae dudum gesta sunt, nostris audeat temporibus imputare, quemadmodum possimus miseriarum esse praesentium causae, quum novi fiat nihil, sed sunt [*fors.* 20 sint, *Heuman.*] omnia vetera, et nullis antiquitatibus inaudita?

VI. Quanquam ista quae dicitis bella religionis nostrae ob invidiam commoveri, non sit difficile comprobare post auditum Christum in mundo non 25 tantum non aucta, verum etiam majore de parte furiarum compressionibus imminuta. Nam quum hominum vis tanta magisteriis ejus acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere, injuriam perpeti quam irrogare esse praestantius, suum 30 potius fundere quam alieno polluere manus et conscientiam cruore, habet a Christo beneficium jamdudum orbis ingratus, per quem feritatis mollita

est rabies, atque hostiles manus cohibere a sanguine cognati animantis occoepit. Quod si omnes omnino, qui homines esse se non specie corporum, sed rationis intelligunt potestate, salutaribus ejus 5 pacificisque decretis aurem vellent commodare paulisper, et non fastu et supercilio luminis, suis potius sensibus, quam illius commonitionibus crederent; universus jamdudum orbis mitiora in opera conversis usibus ferri, tranquillitate in mollissima degeret, et 10 in concordiam salutarem incorruptis foederum sanctionibus conveniret.

VII. 'Sed si per vos,' inquiunt, 'nihil rebus incom-'modatur humanis, unde sunt haec mala, quibus ur-'getur et premitur jamdudum miseranda mortalitas?' 15 Sententiam me poscis huic necessariam nihil causae. Neque enim praesens atque in manibus posita disceptatio in id sumpta est a me, ut ostenderem vel probarem, quibus unaquaeque res causis et rationibus fieret, sed ut maledicta criminis tanti procul 20 esse ab nobis ostenderem. Quod si praesto, si facto et argumentis insignibus rei veritas explicatur, unde sint haec mala, vel ex quibus profluant fontibus principiisque, non curo.

VIII. Ac ne tamen omnino quid de rebus hujus-25 modi sentiam, nihil videar interrogatus expromere, possum dicere, Quid enim, si prima materies, quae in rerum quatuor elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet in rationibus involutas? Quid si siderum motus certis signis, partibus, 30 temporibus, lineis pariunt haec mala, et subjectis afferunt variorum discriminum necessitates? Quid si statis temporibus rerum vicissitudines fiunt, atque ut in maritimis aestibus, modo secundae res affluunt,

modo rursus refluunt malis reciprocantibus prospera? Quid si materiae faex ista, quam sub nostris calcamus ingressibus, hanc habet sibi legem datam, ut exspiret nocentissimos halitus, quibus corruptus aer iste, et corporibus labem ferat, et negotia 5 infirmet humana? Quid si, quod proximum vero est, quicquid nobis videtur adversum, mundo ipsi non est malum, omniaque quae fiunt nostris commoditatibus statuentes, opinionibus improbis criminamur eventa naturae? Plato ille sublimis apex 10 philosophorum et columen, saeva illa diluvia, et conflagrationes mundi, purgationem terrarum suis esse in commentariis prodidit: nec vir prudens extimuit humani generis subversionem, cladem, ruinas, interitus, funera, rerum innovationem vocare, etenim 15 juventutem his quandam redintegratis viribus comparari.

IX. 'Non pluit,' inquit, 'coelum, et frumentorum 'inopia nescio qua laboramus.' Quid enim, inservire elementa tuis necessitatibus postulas? atque, ut 20 vivere mollius et delicatius tu possis, obsequia temporum tuis debent commoditatibus se dare? Quid enim, si hoc pacto navigationis cupidissimus conqueratur ventos jamdiu non esse, et coeli conquievisse flaturas? Nunquid ideo dicendum est perni- 25 ciosam esse tranquillitatem illam mundi, quia vectoribus impediat vota? Quid si sole aliquis torrere se suetus, et acquirere corpori siccitatem, ratione consimili conqueratur frequentissimis nubilis jucunditatem serenitatis ablatam? Nunquid ideo dicenda 30 sunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur otiosae rutilare se flammis, et causas potionibus praeparare? Eventa haec omnia

quae fiunt, et accidunt mole sub hac mundi, com-
modulis non nostris, sed ipsius pendenda sunt ratio-
nibus ordinibusque naturae.

X. Nec si aliquid accidit, quod nosmetipsos aut
5 res nostras parum laetis successibus fovit, continuo
malum est, et in exitiabilis rei opinione ponendum.
Pluit mundus, aut non pluit, sibimet pluit, aut non
pluit; et, quod forsitan nescias, aut uliginem nimiam
siccitatis ardore decoquit, aut longissimi temporis
10 ariditatem pluviorum effusionibus temperat. Pesti-
lentias, morbos, fames, atque alias suggerit malo-
rum exitiabiles formas: unde tibi est scire, ne quod
exuberat, sic tollat, ut per sua dispendia modum
rebus luxuriantibus figat?

15 XI. Tu audeas dicere, hoc et illud est in mundo
malum, cujus explicare, dissolvere, neque originem
valeas, neque causam? et quia tuas impediat deli-
ciarum, forsitan et libidinum, voluptates, perni-
ciosum esse atque asperum dicas? Quid ergo? quia
20 frigus membris tuis adversum est, et congelare san-
guinis tui fervorem solet, idcirco in mundo hyems
esse non debet? Et quia perferre flagrantissimos
soles non potes, ex anno aestas tollenda est? atque
aliis legibus alia rursus ordinanda natura? Vera-
25 trum venenum est hominibus, nunquid ob hanc
causam non debuit nasci? Ovilibus insidiatur lupus,
nunquid in culpa natura est, quod lanitiis extulit
importunissimam beluam? Morsu animam serpens
tollit; maledicam scilicet primordiis rerum, quod tam
30 saeva prodigia genituris spirantibus addiderunt?

XII. Superciliosa nimium res est, quum ipse sis
non tuus, aliena etiam in possessione verseris, po-
tentioribus dare conditionem, velle ut id fiat, quod

cupias, non quod in rebus inveneris antiquis constitutionibus fixum. Quare habere si locum vestras vultis querimonias, homines prius est ut doceatis, unde, vel qui sitis, vobisne sit genitus et fabricatus mundus, an in eum veneritis alienis ex regionibus 5 inquilini. Quod quum dicere non sit vestrum, neque explicare possitis cujus rei causa sub hac coeli convexione versemini, desistite arbitrari pertinere ad vos quicquam: quum ea quae fiunt, non partiliter fiant, sed ad census summam redeant referanturque totius. 10

XIII. 'Christianorum,' inquiunt, 'causa mala omnia dii ferunt, et interitus comparatur ab superis frugibus.' Rogo, quum haec dicitis, non calumniari vos improbe in apertis conspicitis manifestisque mendaciis? Trecenti sunt anni ferme, minus vel plus 15 aliquid, ex quo coepimus esse Christiani, et terrarum in orbe censeri: nunquid omnibus his annis continua fuerunt bella, continuae sterilitates, pax nulla in terris, nulla protinus vilitas aut abundantia rerum fuit? Hoc enim primum efficiendum est, ei 20 qui nos arguit, perpetuas et juges calamitates fuisse has, nunquam omnino respirasse mortalia, et sine ullis, ut dicitur, feriis, multiplicium formas sustinuisse discriminum.

XIV. Atqui non videmus mediis his annis, me- 25 diisque temporibus, ex victis hostibus innumerabiles esse victorias reportatas? prolatos imperii fines, et in potestatem redactas inauditi nominis nationes? saepenumero maximos annonae fuisse proventus, vilitates, atque abundantias rerum tantas, ut com- 30 mercia stuperent universa pretiorum auctoritate prostrata? Quemadmodum enim res agi, et usque ad hoc tempus genus qui [*fors.* quiret, *Ursinus*] durare

mortalium, si non omnia, quae usus posceret, subministraret fertilitas rerum?

XV. Sed fuerunt aliquando nonnulla in necessitatibus tempora. Et relaxata sunt abundantiis. 5 Rursus contra voluntatem quaedam bella administrata. Et victoriis postmodum successibusque correcta. Quid ergo dicemus? injuriarum nostrarum deos modo memores esse, modo esse rursus immemores? Si quo tempore fames est, irati esse dicun- 10 tur, sequitur ut abundantiae tempore irati et difficiles non sint; atque ita perducitur res eo, ut vicibus ludicris, et ponant, et repetant iras; et in integrum se semper offensionum recordatione restituant.

XVI. Quanquam istud quod dicitur, quale sit 15 explicabili non potest comprehensione cognosci. Si Alamannos, Persas, Scythas, idcirco voluerunt devinci, quod habitarent et degerent in eorum gentibus Christiani, quemadmodum Romanis tribuere victoriam, quum habitarent et degerent in eorum 20 quoque gentibus Christiani? Si in Asia, Syria, idcirco mures et locustas effervescere prodigialiter voluerunt, quod ratione consimili habitarent in eorum gentibus Christiani: in Hispania, Gallia, cur eodem tempore horum nihil natum est, quum innumeri vi- 25 verent in his quoque provinciis Christiani? Si apud Getulos Tinguitanos hujus rei causa siccitatem satis ariditatemque miserunt, eo anno cur messes amplissimas Mauris Nomadibusque tribuerunt? quum religio similis his quoque in regionibus verteretur.

30 XVII. Si in civitate unaqualibet fame plurimos emori nostri nominis aversione fecerunt, cur ibidem annonaria caritate non tantum corporis non nostri, verum etiam Christianos, ditiores et locupletissimos

redditerunt? Aut igitur cuncti nihil laeti habere debuerunt, si malorum causa nos sumus, nationibus enim sumus in cunctis, aut quum mixta videatis cum incommodis laeta, desinite nobis ascribere id quod offendit res vestras, quum nihil laetis officiamus 5 et prosperis. Si enim ego ut male sit facio, cur ut bene sit non obsto? Si, ut inopia magna sit, meum nomen in causa est, cur nihil impedio, ut sit feracitas maxima? Si, ut in bellis accipiatur vulnus, ego dicor afferre fortunam, cur duelles quum pereunt, lae- 10 vum augurium non sum, nec adversus spes bonas mali ominis obscoenitate traducor?

XVIII. Et tamen, O magni cultores atque antistites numinum, cur ut irasci populis Christianis augustissimos illos asseveratis deos, ita non adver- 15 titis, non videtis, affectus quam turpes, quam indecoras numinibus attribuatis insanias? Quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere, quam in ultionis libidinem ferri, et in alterius doloris cruces, efferati pectoris alienatione bacchari? Hoc ergo dii 20 magni norunt, perpetiuntur, et sentiunt, quod ferae, quod beluae, quod mortiferae continent venenato in dente natrices. Quod levitatis in homine, quod terreno in animante culpabile est, praestans illa natura, et in perpetuae virtutis firmitate consistens, 25 scire asseveratur a vobis. Et quid ergo sequitur necessario, nisi, ut ex eorum luminibus scintillae emicent, flammae aestuent, anhelum pectus spiritum jaciat ex ore, et ex verbis ardentibus labrorum siccitas inalbescat? 30

XIX. Quod si verum est istud, et est exploratum et cognitum, et fervescere deos ira, et hujusmodi motus perturbatione jactari, immortales et per-

petui non sunt, nec in divinitatis alicujus existimatione ponendi. Ubi enim est ullus, sicut sapientibus videtur, affectus, ibi esse necesse est passionem. Ubi passio sita est, perturbationem con-
5 sentaneum est consequi. Ubi perturbatio est, ibi dolor et aegritudo est. Ubi dolor et aegritudo est, imminutioni et corruptioni jam locus est; quae duo si vexant, adest vicinus interitus, mors omnia finiens et cunctis adimens sentientibus vitam. Quid, quod
10 isto modo non tantum illos leves et fervidos, verum, quod ab diis convenit procul esse dimotum, et iniquos inducitis, et injustos, et aequitatis vel modicae nullam prorsus obtinere rationem? Quid est enim tam injustum quam in alios irasci, et alios laedere,
15 de hominibus conqueri, et innoxia dilacerare frumenta? Christianum nomen odisse, et dispendiis omnibus suos labefactare cultores?

XX. An nunquid idcirco in vos etiam saeviunt, ut intestinis vulneribus concitati in ultionem con-
20 surgatis illorum? Ergo humana patrocinia dii quaerunt, et nisi vestra fuerint assertione protecti, idonei non sunt ipsi qui propulsare, defendere suas valeant contumelias. Quinimmo si verum est ardere illos ira, permittite illis potestatem sui, defendant se ipsi,
25 atque in ultionem majestatis offensae intestinas exserant experianturque virtutes. Possunt nos, si voluerint, aestu, possunt nocentissimo frigore, possunt auris pestilibus, possunt morborum obscurissimis causis enecare, consumere, atque ab omni penitus
30 coetu exterminare mortalium; aut si malum consilium est aggredi nos vi, emittant aliquod indignationis signum, per quod esse liquidum cunctis possit invitissimis nos eis habitare sub coelo.

XXI. Vobis secundas tribuant valetudines, adversas nobis ac pessimas. Opportunis imbribus vestra irrigent rura, pluviarum quicunque sunt rores nostris ab agellulis abigant. Lanitia curent vestra numerosis foetibus multiplicari, sterilitatem 5 infaustam nostris pecuariis inferant. Ex olivis vestris atque vinetis plenam faciant autumnitatem fundi; at ex nostris exprimi unum prohibeant palmitibus rorem. Ad extremum et ultimum, in vestro ore praecipiant suam fruges retinere naturam; at vero 10 in nostro mel amarum fieri, olearum fluenta rancescere, et sub ipsis potum labris in acoris perfidiam vinum repente mutari.

XXII. Quod quum minime fieri testificentur res ipsae, neque minus ad nos quidquam, neque ad vos 15 plurimum redundare vitalibus ex beneficiis constet, libido quae tanta est inimicos atque hostes deos esse contendere Christianis? quos in rebus tristissimis atque laetis nihil abs te videas ratione in aliqua discrepare? Si verum vobis permittitis, ac sine 20 ullis assentationibus dici, verba sunt haec, verba sunt, res immo per calumnias creditae, non cognitionis alicujus testimonio comprobatae.

XXIII. Ceterum dii veri, et qui habere, qui ferre nominis hujus autoritatem condigni sunt, ne- 25 que irascuntur, neque indignantur, neque quod alteri noceat insidiosis machinationibus construunt. Etenim revera est impium, et sacrilegia cuncta transcendens, sapientem illam credere beatissimamque naturam magnum aliquid putare, si se sibi aliquis 30 adulatoria humilitate submittat; et si fuerit non factum, despectam se credere, et ab summi culminis decidisse fastigio. Puerile, pusillum est, et exile,

vix et illis conveniens, quos jamdudum experientia doctorum daemonas appellat et heroas, non nosse coelestia, et in hac rerum materia crassiore conditionis suae sorte exsortes versari.

5 XXIV. Vestra sunt haec, vestra sunt irreligiose opinata, et irreligiosius credita. Quinimmo, ut verius proloquar, haruspices has fabulas, conjectores, arioli, vates, et nunquam non vani concinnavere fanatici; qui ne suae artes intereant, ac ne stipes exiguas con-10 sultoribus excutiant jam raris, si quando vos velle rem venire in invidiam compererunt, indignantur, 'Negliguntur dii' clamitant, atque 'in templis jam 'raritas summa est: jacent antiquae derisui ceremo-'niae, et sacrorum quondam veterrimi ritus religio-15 'num novarum superstitionibus occiderunt: merito 'humanum genus tot miseriarum angustiis premi-'tur, tot laborum excruciatur aerumnis.' Et homines brutum genus, et quod situm sub lumine est caecitate ingenita nequeuntes videre, audent asseverare 20 furiosi quod vos credere non erubescitis sani.

XXV. Ac ne quis nos tamen diffidentia responsionis, tranquillitatis existimet deos donare muneribus, innoxias affingere his mentes, atque ab omni perturbatione dimotas, concedamus, sicut libitum 25 vobis est, intendere in nos iras, sanguinem illos sitire nostram, et jamdudum nos cupere mortalium submovere de saeculis. Sed si non est molestum, non grave, si communis officii res est, non ex gratia, sed ex vero disceptationis hujus disceptare momenta, 30 audire a vobis exposcimus, quaenam sit haec ratio, quae causa, propter quam in nos tantum et dii saeviant superi, et asperati homines inardescant. Religiones, inquiunt, impias, atque inauditos cultus ter-

rarum in orbe tractatis. Quid, O participes rationis, audetis homines proloqui? quid effutire, quid promere temerariae vocis desperatione tentatis? Deum principem, rerum cunctarum quaecunque sunt Dominum, summitatem omnium summorum obtinentem 5 adorare, obsequio venerabili invocare, in rebus fessis totis, ut ita dixerim, sensibus amplexari, amare, suspicere, exsecrabilis religio est et infausta, impietatis et sacrilegii plena, caerimonias antiquitus institutas novitatis suae superstitione contaminans? 10

XXVI. Hoccine est, quaeso, audax illud facinus et immane, propter quod maximi coelites aculeos in nos intendunt irarum atque indignationum suarum? propter quod vos ipsi, quum libido incesserit saeva, exuitis nos bonis, exterminatis patriis sedibus, irrogatis supplicia capitalia, torquetis, dilaceratis, exuritis, et ad extremum nos feris et belluarum laniatibus objectatis? Quisquis istud in nobis damnat, aut in aliqua ducit criminatione ponendum, is haud nomine appellandus est hominis, quamvis ille videatur sibi; aut Deus esse credendus est, quamvis ipse se esse mille profiteatur in vatibus. Profanus nos impios Dodonaeus aut Juppiter [*corr.* Profanos nos aut impios Dodonaeus Juppiter] nominat; et ipse dicetur Deus, atque in ordine computabitur numinum? qui aut summo servientibus Regi crimen impietatis affingit, aut sibi torquetur majestatem ejus cultumque praeponi? Delius Apollo, vel Clarius, Didymaeus, Philesius, Pythius, et is habendus divinus est, qui aut summum Imperatorem nescit, aut ignorat a nobis quotidianis ei precibus supplicari? Qui si pectorum secreta nesciret, nec quid in intimis sensibus contineamus, agnosceret, summum

tamen invocare nos Deum, et ab eo quod postulamus orare, vel auribus potuit scire, vel ipsius vocis sono, qua utimur in precibus, noscitare.

XXVII. Nondum est locus ut explicemus omnes 5 istos qui nos damnant, qui sint, vel unde sint; quantum possint, vel noverint; cur ad Christi paveant mentionem, discipulos cur ejus inimicos habeant et invisos. Quod tamen humanum pollicentibus sensum una pariter definitione figamus, nihil 10 sumus aliud Christiani, nisi magistro Christo summi Regis ac Principis veneratores: nihil, si consideres, aliud invenies in ista religione versari. Haec totius summa est actionis, hic propositus terminus divinorum officiorum, hic finis, huic omnes ex more pros- 15 ternimur, hunc collatis precibus adoramus, ab hoc justa, et honesta, et auditu ejus condigna deposcimus: non quo ipse desideret supplices nos esse, aut amet substerni tot millium venerationem [*fors.* millia in venerationem, *Meursius*] videre: utilitas 20 haec nostra est, et commodi nostri rationem spectans. Nam quia proni ad culpas, et ad libidinis varios appetitus vitio sumus infirmitatis ingenitae, patitur se semper nostris cogitationibus concipi: ut dum illum oramus, et mereri ejus contendimus munera, 25 accipiamus innocentiae voluntatem, et ab omni nos labe delictorum omnium amputatione purgemus.

XXVIII. Quid dicitis, O sacri, quid, divini interpretes juris? meliorisne sunt causae, qui Grundules adorant Lares, Aios Locutios, Limentinos, quam su- 30 mus nos omnes qui Deum colimus rerum patrem, atque ab eo deposcimus rebus fessis languentibusque tutamina? Et illi, cati, sapientes, prudentissimi vobis videntur, nec reprehensionis ullius, qui Faunos, qui

Fatuas, civitatumque Genios, qui Pausos reverentur atque Bellonas. Nos hebetes, stolidi, fatui, obtusi pronunciamur et bruti, qui dedidimus nos Deo, cujus nutu et arbitrio omne quod est constat, et in sententiae suae perpetuitate defixum est. Hanc- 5 cine sententiam promitis? hanc legem constituitis? hanc promulgatis, ut honoribus afficiatur amplissimis quisquis vestros adoraverit servulos, crucem mereatur extremam quisquis vobis ipsis dominis supplicarit? In civitatibus maximis atque in po- 10 tentioribus populis sacra publice fiunt scortis meritoriis quondam atque in vulgarem libidinem prostitutis, nullus tumor indignationis in diis est. Templa felibus, scarabeis, et buculis sublimibus sunt elata fastigiis: silent irrisae numinum potestates, 15 nec livore afficiuntur ullo, quod sibi comparatas animantium vilium conspiciunt sanctitates. Nobis solis sunt inimici, nobis asperrimi dii hostes, quia patrem veneramur illorum, per quem, si sunt, esse et habere substantiam sui numinis majestatisque coe- 20 perunt; a quo ipsam deitatem, ut ita dicam, sortiti esse sentiunt, et in rerum numero recognoscunt [*fors.* se cognoscunt]; cujus voluntate et arbitrio, et interire, et solvi, nec solvi possunt, nec interire. Nam si omnes concedimus unum esse principem 25 solum, quem nulla res alia vetustate temporis antecedat, post illum necesse est cuncta et nata esse et prodita, et in sui nominis [*fors.* numinis] prosiluisse naturam. Quod si fixum et ratum est, erit nobis consequens confiteri et deos esse nativos, et a prin- 30 cipe rerum fonte ortus sui originem ducere. Qui si sunt nativi, et geniti, et interitionibus utique periculisque vicini. At enim esse creduntur immor-

tales, perpetui, et nullius unquam participes finis. Ergo istud munus Dei patris et donum est, ut infinita meruerint iidem esse per saecula, quum sint labiles solubilesque natura.

5 XXIX. Atque utinam daretur, in unius speciem concionis toto orbe contracto, oratione hac uti, et humani in generis audientia collocari. Ergone impiae religionis sumus apud vos rei, et quod caput rerum et columen venerabilibus adimus obsequiis, 10 ut convitio utamur vestro, infausti et athei nuncupamur? Et quis magis rectius horum feret invidiam nominum, quam qui alium prae hoc Deum, aut novit, aut sciscitatur, aut credit? Nonne huic omnes debemus hoc ipsum primum quod sumus? 15 quod esse homines dicimur? quod ab eo vel missi, vel lapsi caecitate hujus in corporis continemur? Non quod incedimus, quod spiramus et vivimus, ab eo ad nos venit? vique ipsa vivendi efficit nos esse, et animali agitatione motari? Nonne ab hoc effluunt 20 causae, per quas nostra fulcitur salus variarum munificentia voluptatum? Mundus iste in quo degitis, cujus est? aut quis ejus vobis attribuit fructum possessionemque retinere? Quis, ut subjectas res cernere, ut contrectare, ut considerare possetis, pub-25 licum illud lumen dedit? Quis, ne fixa pigritiae stupore torpescerent elementa vitalia, solis ignes constituit ad rerum incrementa futuros? Solem deum quum esse credatis, conditorem ejus, opificemque non quaeritis? Luna quum apud vos dea sit, non similiter 30 scire curatis genitor ejus et fabricator quis sit?

XXX. Nonne cogitatio vos subit considerare, disquirere, in cuja possessione versemini? cuja in re sitis? cujus ista sit quam fatigatis terra? cujus aer

iste, quem vitali reciprocatis a spiritu? cujus abutamini fontibus? cujus liquore? quis ventorum disposuerit flamina? quis undosas excogitaverit nubes? quis seminum frugiferas potestates rationum proprietate distinxerit? Apollo vobis pluit? Mercurius 5 vobis pluit? Aesculapius, Hercules, aut Diana rationem imbrium, tempestatumque finxerunt? Et hoc fieri qui potest, quum in mundo profiteamini eos natos, certoque tempore sensum arripuisse vitalem? Si enim temporis antiquitate mundus eos antevenit, 10 et priusquam nati sunt jam noverat pluvias tempestatesque natura, nullum serius nati pluendi jus habent, neque eis inserere rationibus se possunt, quas invenerunt hic agi, et majore ab auctore tractari. 15

XXXI. O maxime, O summe rerum invisibilium procreator, O ipse invise, et nullis unquam comprehense naturis, dignus, dignus es vere, si modo te dignum mortali dicendum est ore, cui spirans omnis intelligensque natura, et habere et agere nun- 20 quam desinat gratias; cui tota conveniat vita genu nixo procumbere, et continuatis precibus supplicare. Prima enim tu causa es, locus rerum, ac spatium, fundamentum cunctorum quaecunque sunt, infinitus, ingenitus, immortalis, perpetuus, solus, 25 quem nulla deliniat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expers, quantitatis, sine situ, motu, et habitu, de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum; qui ut intelligaris, tacendum est, atque, ut per um- 30 bram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino mutiendum. Da veniam, Rex summe, tuos persequentibus famulos; et, quod tuae benignitatis

est proprium, fugientibus ignosce tui nominis et religionis cultum. Non est mirum si ignoraris: majoris est admirationis si sciaris: nisi forte audet quisquam, hoc enim furiosae restat insaniae, ambi-
5 gere, dubitare, an sit iste Deus, an non sit: explorata fidei veritate, an rumoris cassi opinatione sit creditus. Audimus enim quosdam philosophandi studio deditos, partim ullam negare vim esse divinam, partim an sit quotidie quaerere; alios casibus
10 fortuitis, et concursionibus temerariis summam rerum construere, atque diversitatis impetu fabricari: cum quibus hoc tempore nullum nobis omnino super tali erit obstinatione [*fors.* opinatione *Walkerus*] certamen. Aiunt enim sana sentientes contradicere
15 rebus stultis stultitiae esse majoris.

XXXII. Sermo cum his nobis est, qui, divinum esse consentientes genus, de majoribus dubitant, quum iidem esse plebeia atque humiliora fateantur. Quid ergo, res tantas argumentis nitemur atque ela-
20 borabimus obtinere? Discedat haec longe, atque a nobis procul; procul inquam, ut dicitur, averruncetur amentia. Ita est enim periculosum argumentis aggredi Deum principem comprobare, quam ratione hujusmodi esse illum velle cognoscere. Nec quid-
25 quam refert, aut discrepat, utrumne neges illum, an asseras, atque existere fatearis, quum in eadem culpa sit, et assertio talis rei, et abnegatio refutatoris increduli.

XXXIII. Quisquamne est hominum, qui non cum
30 istius principis notione diem primae nativitatis intraverit? cui non sit ingenitum, non affixum, immo ipsis paene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse Regem ac Dominum, cunctorum quae-

cunque sunt moderatorem? Ipsa denique hiscere si animantia muta potis essent, si in linguarum nostrarum facilitatem solvi, immo si arbores, glebae, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent et verborum articulos integrare, ita non duce natura 5 et magistra, non incorruptae simplicitatis fide, et intelligerent esse Deum, et cunctorum dominum solum esse clamarent?

XXXIV. Sed frustra, inquit, nos falso et calumnioso incessitis et appetitis crimine, tanquam eamus 10 inficias esse Deum majorem, quum a nobis et Juppiter nominetur, et optimus habeatur et maximus, quumque illi augustissimas sedes, et capitolia constituerimus immania. Dissimilia copulare, atque in unam speciem cogere inducta confusione conamini. 15 Nam Deus omnipotens mente una omnium, et communi mortalitatis assensu, neque genitus scitur, neque novam in lucem aliquando esse prolatus, nec ex aliquo tempore coepisse esse vel saeculo. Ipse est enim fons rerum, sator saeculorum ac temporum. 20 Non enim ipsa per se sunt, sed ex ejus perpetuitate, perpetua et infinita semper continuatione procedunt. At vero Juppiter, ut vos fertis, et patrem habet et matrem, avos, avias, fratres: nunc nuper in utero matris suae formatus, absolutus mensibus 25 et consummatus decem, ignotam sibi in lucem sensu irruit se vitali. Ergo, si haec ita sunt, Juppiter esse Deus qui potest? quum illum esse perpetuum constet, et perhibeatur alter a vobis, et dies habuisse natales, et pavefactus re nova lamentabilem extu- 30 lisse vagitum?

XXXV. Sed sint, ut vultis, unum, nec in aliqua vi numinis et majestate distantes, ecquid ergo in-

justis persequimini nos odiis? Quid, ut ominis pessimi, nostri nominis inhorrescitis mentione; si, quem Deum colitis, eum et nos? aut quid in eadem causa vobis esse contenditis familiares deos, inimicos at-
5 que infestissimos nobis? Etenim, si una religio est nobis vobisque communis, cessat ira coelestium; sin nobis infesti sunt solis, manifestum est nescire et vos et illos Deum: quem Jovem non esse ipsis clarum est indignationibus numinum.

10 XXXVI. Sed non, inquit, idcirco dii vobis infesti sunt, quod omnipotentem colatis Deum, sed quod hominem natum, et, quod personis infame est vilibus, crucis supplicio interemptum, et Deum fuisse contenditis, et superesse adhuc creditis, et
15 quotidianis supplicationibus adoratis. Si vobis jucundum est, amici, edissertate quinam sint hi dii, qui a nobis Christum coli, suam credant ad injuriam pertinere? Janus Juniculi conditor, et civitatis Saturniae Saturnus auctor? Fauna Fatua Fauni uxor,
20 Bona Dea quae dicitur, sed in vini melior et laudabilior potu? Indigetes illi, qui flumen repunt, et in alveis Numici cum ranis et pisciculis degunt? Aesculapius, et Liber pater; Coronide ille natus, et ex genitalibus matris alter fulmine praecipitatus? Mercurius
25 utero fusus Maiae, et, quod est divinius, candidae[a]? Arquitenentes Diana et Apollo, circumlati per fugas matris, atque in insulis errantibus vix tuti? Dioneia Venus proles, viri mater familias Troici, atque intestini decoris publicatrix? in Trinacriae finibus
30 Ceres nata, atque in floribus legendis occupata Proserpina? Thebanus, aut Tyrius Hercules, hic in finibus sepultus Hispaniae, flammis alter concrematus

[a] Ita Maiam appellat Virg. lib. VIII. 138.

Oetaeis? Tyndaridae Castores, equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus, et crudo inexsuperabilis caestu, Titanes et Bocchores Mauri, et ovorum progenies dii Syri? Apis Peloponnesi proditus, et in Aegypto Serapis nuncupatus? Aethiopicis solibus 5 Isis furva moerens perditum filium, et membratim conjugem lancinatum? Praeterimus, et transgredimur Opis soboles regias [*fors.* egregias *Oudendorp.*]: quas in libris auctores vestri, quae fuerint, et quales, vobis ediscentibus prodiderunt. Hice ergo Christum 10 coli, et a nobis accipi, et existimari pro numine, vulneratis accipiunt auribus? et obliti paulo ante sortis fuerint et conditionis cujus, id, quod sibi concessum est, impertiri alteri nolunt? Haec est justitia coelitum? hoc deorum judicium sanctum? Nonne istud 15 livoris est atque avaritiae genus? Non obtrectatio quaedam sordens, suas eminere tantummodo velle fortunas, aliorum res premi, et in contempta humilitate calcari?

XXXVII. Natum hominem colimus. Quid enim? 20 vos hominem nullum colitis natum? Non unum, et alium? non innumeros alios? quinimmo non omnes, quos jam templis habetis vestris, mortalium sustulistis ex numero, et coelo sideribusque donastis? Si enim forte vos fugit, sortis eos humanae et condi- 25 tionis fuisse communis, replicate antiquissimas literas, et eorum scripta percurrite, qui vetustati vicini, sine ullis assentationibus cuncta veritate in liquida prodiderunt. Jam profecto discetis, quibus singuli patribus, quibus matribus fuerint procreati, qua 30 nati in regione, qua gente, quae fecerint, egerint, pertulerint, actitarint, quas in rebus obeundis adversorum senserint secundantiumque fortunas. Sin

autem scientes uteris esse gestatos, et frugibus eos victitasse terrenis, nihilominus tamen nobis nati hominis objectatis cultum, res agitis satis injustas, ut id in nobis constituatis esse damnabile, quod et ipsi
5 vos factitatis; aut, quae vobis licere permittitis, consimiliter aliis licitum esse nolitis.

XXXVIII. Sed concedamus, interdum manum vestris opinationibus dantes, unum Christum fuisse de nobis, mentis, animae, corporis, fragilitatis, et
10 conditionis unius: nonne dignus a nobis est tantorum ob munerum gratiam Deus dici, Deusque sentiri? Si enim vos Liberum, quod usum repererit vini, si quod panis, Cererem, si Aesculapium, quod herbarum, si Minervam, quod oleae, si Triptolemum,
15 quod aratri, si denique Herculem, quod feras, quod fures, quod multiplicium capitum superavit compescuitque natrices, divorum retulistis in coetum, honoribus quantis afficiendus est nobis, qui ab erroribus nos magnis insinuata veritate traduxit; qui
20 velut caecos passim, ac sine ullo rectore gradientes, ab deruptis, ab deviis, locis planioribus reddidit; qui, quod frugiferum primo atque humano generi salutare, Deus monstravit quid sit, quis, quantus, et qualis, qui profundas ejus atque inenarrabiles alti-
25 tudines, quantum nostra quivit mediocritas, capere et intelligere permisit et docuit; qui, quo auctore, quo patre mundus iste sit constitutus et conditus, fecit benignissime sciri; qui nativitatis ejus exprompsit genus, et nullius aliquando cognitione prae-
30 sumptam materiam illius; unde ignibus solis genitalis fervor adsciscitur; cur luna semper in motu indemnis creditur, animalibus causis lucem semper atque obscuritatem resumens; animalium origo quae

sit, rationes quas habeant semina; quis ipsum finxerit hominem, quis informarit, vel ex materiae quo genere constructionem ipsam confirmaverit corporum; quid sit sensus, quid anima, advolaritne ad nos sponte, an cum ipsis sita sit et procreata 5 visceribus; mortis particeps degat, an immortalitatis perpetuitate donata sit; qui status nos maneat, quum dissolutis abierimus a membris; victurine nos simus, an memoriam nullam nostri sensus et recordationis habituri. Qui arrogantiam con- 10 strinxit nostram, et elatas supercilio cervices modum fecit suae infirmitatis agnoscere; qui animantia monstravit informia [*fors.* infirma, *Stewchius*] nos esse, vanis opinionibus fidere, nihil comprehensum habere, nihil scire, et quae nostros sita sunt ante 15 oculos, non videre; qui (quod omnia superavit, et transgressum est munera) ab religionibus nos falsis religionem traduxit ad veram; qui ab signis inertibus, atque ex vilissimo formatis luto ad sidera sublevavit et coelum, et cum domino rerum Deo 20 supplicationum fecit verba atque orationum colloquia miscere.

XXXIX. Venerabar, O caecitas! nuper simulachra modo ex fornacibus prompta, in incudibus deos et ex malleis fabricatos, elephantorum ossa, 25 picturas, veternosis in arboribus taenias: si quando conspexeram lubricatum lapidem, et ex olivi unguine sordidatum, tanquam inesset vis praesens, adulabar, affabar; et beneficia poscebam nihil sentiente de trunco: et eos ipsos, divos quos esse mihi persuase- 30 ram, afficiebam contumeliis gravibus, quum eos esse credebam ligna, lapides, atque ossa, aut in hujusmodi rerum habitare materia. Nunc doctore tanto

in vias veritatis inductus, omnia ista, quae sint, scio, digna de dignis sentio, contumeliam nomini nullam facio Divino, et quid cuique debeatur, vel personae, vel capiti, inconfusis gradibus atque auctoritatibus
5 tribuo. Ita ergo Christus non habeatur a nobis Deus? nec, qui omnium alioquin vel maximus potest excogitari, Divinitatis afficiatur cultu, a quo jamdudum tanta et accepimus dona viventes, et exspectamus, dies quum venerit, ampliora?

10 XL. 'Sed patibulo affixus interiit.' Quid istud ad causam? Neque enim qualitas et deformitas mortis dicta ejus immutat aut facta, aut eo minor videbitur disciplinarum ejus auctoritas, quia vinculis corporis non naturali dissolutione digressus est, sed
15 vi illata decessit. Pythagoras Samius suspicione dominationis injusta vivus concrematus in fano est: nunquid ea, quae docuit, vim propriam perdiderunt, quia non spiritum sponte sed crudelitate appetitus effudit? Similiter Socrates civitatis suae judicio
20 damnatus capitali affectus est poena: nunquid irrita facta sunt quae sunt ab eo de moribus, virtutibus, et officiis disputata, quia injuria expulsus e vita est? Innumerabiles alii gloria, et virtute, et existimatione pollentes, acerbissimarum mortium experti sunt for-
25 mas, ut Aquilius, Trebonius, Regulus: nunquid idcirco post vitam judicati sunt turpes, quia non publica lege fatorum, sed mortis asperrimo genere lacerati excruciatique perierunt? Nemo unquam innocens male interemptus infamis est, nec turpi-
30 tudinis alicujus commaculatur nota, qui non suo merito poenas graves, sed cruciatoris perpetitur saevitatem.

XLI. Et tamen, O isti qui hominem nos colere

morte functum ignominiosa ridetis, nonne Liberum et vos Patrem membratim ab Titanis dissipatum fanorum consecratione mactatis? Nonne Aesculapium medicaminum repertorem, post poenas, et supplicia fulminis, custodem nuncupavistis et praesidem 5 sanitatis, valetudinis, et salutis? Nonne ipsum Herculem magnum sacrificiis, hostiis, et thure invitatis incenso, quem ipsi vos fertis vivum arsisse post poenas, et concrematum in funestis busticetis? Nonne illum Atym Phrygem, abscissum et spolia- 10 tum viro, Magnae Matris in adytis deum propitium, deum sanctum Gallorum conclamatione testamini? Nonne ipsum Romulum Patrem, senatorum manibus dilaceratum centum, et Quirinum esse Martium dicitis, et sacerdotibus et pulvinaribus honoratis, et 15 in aedibus adoratis amplissimis, et post haec omnia coelum ascendisse juratis? Aut igitur ridendi et vos estis, qui homines gravissimis cruciatibus interemptos deos putatis, et colitis, aut, si certa est ratio, cur id vobis faciendum putetis, et nobis permittite 20 scire, quibus istud causis rationibusque faciamus.

XLII. 'Natum hominem colitis.' Etiam si esset id verum, locis ut in superioribus dictum est, tamen pro multis et tam liberalibus donis, quae ab eo profecta in nobis sunt, Deus dici appellarique deberet. 25 Quum vero Deus sit re certa, et sine ullius dubitationis ambiguo, inficiaturos arbitramini nos esse, quam maxime illum a nobis coli, et praesidem nostri corporis nuncupari? 'Ergone,' inquiet aliquis furens, iratus, et percitus, 'Deus ille est Christus?' 30 Deus respondebimus, et interiorum [*fors.* inferiorum] potentiarum Deus: et, quod magis infidos acerbissimis doloribus torqueat, rei maximae causa

a summo Rege ad nos missus. Postulabit forsitan insanior et furiosior factus [*fors.* factis, *Orellius*], an se ita res habeat, quemadmodum dicimus, comprobari: nulla major est comprobatio quam ges-
5 tarum ab eo fides rerum, quam virtutum novitas, quam omnia victa decreta dissolutaque fatalia [a], quae populi gentesque suo generis sub limine [*fors.* genere sublimia] nullo dissentiente videre; quae nec ipsi audent falsitatis arguere, quorum antiquas seu pa-
10 trias leges vanitatis esse plenissimas atque inanissimae superstitionis ostendit.

XLIII. Occursurus forsitan rursus est cum aliis multis calumniosis illis et puerilibus vocibus. 'Ma-'gus fuit, clandestinis artibus omnia illa perfecit: Ae-
15 'gyptiorum ex adytis angelorum potentium nomina, 'et remotas furatus est disciplinas.' Quid dicitis, O parvuli, incomperta vobis et nescia temerariae vocis loquacitate garrientes? Ergone illa, quae gesta sunt, daemonum fuere praestigiae, et magicarum artium
20 ludi? Potestis aliquem nobis designare, monstrare ex omnibus illis magis, qui unquam fuere per saecula, consimile aliquid Christo millesima ex parte qui fecerit? qui sine ulla vi carminum, sine herbarum et graminum succis, sine ulla aliqua observa-
25 tione sollicita sacrorum, libaminum, temporum? Non enim urgemus, et quaerimus, quae sese spondeant facere, vel in quibus generibus actuum soleat omnis illorum doctrina et experientia contineri. Quis enim hos nesciat aut imminentia studere prae-
30 noscere, quae necessario (velint nolint) suis ordinationibus veniunt? aut mortiferam immittere quibus libuerit tabem, aut familiarum dirumpere charitates,

[a] Conf. infra cap. XLVII.

aut sine clavibus reserare quae clausa sunt, aut ora silentio vincire, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare; aut uxoribus, et liberis alienis (sive illi mares sint, sive foeminei generis) inconcessi amoris flammas, et furiales immittere cupiditates? Aut si utile aliquid videantur audere, non propria vi posse, sed eorum, quos invocant, potestate.

XLIV. Atqui constitit Christum sine ullis adminiculis rerum, sine ullius ritus observatione, vel lege [*fors.* legis], omnia illa, quae fecit, nominis sui possibilitate fecisse. Et quod proprium, consentaneum, dignum Deo fuerat vero, nihil nocens, aut noxium, sed opiferum, sed salutare, sed auxiliaribus plenum bonis potestatis munificae liberalitate donasse.

XLV. Quid dicitis, O iterum? ergo ille mortalis, aut unus fuit e nobis, cujus imperium, cujus vocem popularibus et quotidianis verbis missam, valetudines, morbi, febres, atque alia corporum cruciamenta fugiebant? Unus fuit e nobis, cujus praesentiam, cujus visum gens illa nequibat ferre mersorum in visceribus daemonum, conterritaque vi nova membrorum possessione cedebat? Unus fuit e nobis, cujus foedae vitiligines jussioni obtemperabant pulsae statim, et concordiam colorum commaculatis visceribus relinquebant? Unus fuit e nobis, cujus ex levi tactu stabant profluvia sanguinis, et immoderatos cohibebant fluores? Unus fuit e nobis, cujus manus intercutis veternosae fugiebant undae, penetrabilis ille vitabat liquor, et turgentia viscera salutari ariditate deflabant? Unus fuit e nobis, qui claudos currere praecipiebat, et jam operis res erat; porrigere mancas manus, et articuli immobilitates jam ingenitas explicabant; captos membris assurgere, et

jam suos referebant lectos alienis paulo ante cervicibus lati; viduatos videre luminibus, et jam coelum diemque cernebant nullis cum oculis procreati?

XLVI. Unus, inquam, fuit e nobis, qui debili-
5 tatibus variis, morbisque vexatos centum, aut hoc amplius, semel una intercessione sanabat? cujus vocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria? procellarum turbines tempestatesque sidebant? qui per altissimos gurgites pedem
10 ferebat inlutum? calcabat ponti terga undis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura? qui sequentium se millia quinque, quinque saturavit e panibus? ac, ne esse praestigiae incredulis illis viderentur et duris, bis senarum sportarum sinus reli-
15 quiarum fragminibus aggerabat? Unus fuit e nobis, qui redire in corpora jamdudum animas praecipiebat efflatas, prodire ab aggeribus conditos, et post diem funeris tertium pollinctorum voluminibus expediri? Unus fuit e nobis. qui, quid singuli volverent, quid
20 sub obscuris cogitationibus continerent, tacitorum in cordibus pervidebat? Unus fuit e nobis, qui quum unam emitteret vocem, ab diversis populis, et dissona oratione loquentibus, familiaribus verborum sonis et suo cuique utens existimabatur eloquio?
25 Unus fuit e nobis, qui quum officia religionis certae [*fors.* certis] suis sectatoribus traderet, mundum totum repente complebat; quantusque, et qui esset, revelata nominis [*fors.* numinis] immensitate monstrabat? Unus fuit e nobis, qui deposito corpore
30 innumeris se hominum prompta in luce detexit; qui sermonem dedit, atque accepit, docuit, castigavit, admonuit? qui ne illi se falsos vanis imaginationibus existimarent, semel, [*fors.* se semel, *Fulv.*

Ursinus] iterum, saepius familiari collocutione monstravit? qui justissimis viris etiamnum impollutis, ac diligentibus sese, non per vana insomnia, sed per purae speciem simplicitatis apparet? cujus nomen auditum fugat noxios spiritus, imponit silentium 5 vatibus, haruspices inconsultos reddit, arrogantium magorum frustrari efficit actiones, non horrore, ut dicitis, nominis, sed majoris licentia potestatis?

XLVII. Et haec quidem summatim exposita, non ea ratione protulimus, tanquam magnitudo facientis 10 solis in his esset perspicienda virtutibus. Quanta sint [*fors.* Quantula sunt] enim haec, vel exilitatis cujus reperientur et ludi, si traditum [*fors.* nisi ita datum] fuerit nosci, ex quibus ad nos regnis, cujus numinis ministrator advenerit? Quae quidem ab eo 15 gesta sunt et factitata, non ut se vana ostentatione jactaret, sed ut homines duri, atque increduli scirent non esse, quod spondebatur, falsum; et ex operum benignitate, quid [*fors.* quod, *Heuman.*) esset Deus verus, jam addiscerent suspicari. Simul et illud 20 volumus sciri, quum summatim, ut dictum est, enumeratio facta gestorum est, non ea solum Christum potuisse, quae fecit, sed constituta etiam exsuperasse fatorum. Nam si, ut liquet et constat, debilitates, et corporum passiones, surdi, manci, et muti, ner- 25 vorum contractio, et amissio luminis, fatalibus accidunt irroganturque decretis, et solus haec Christus correxit, restituit, atque sanavit, sole ipso est clarius, potentiorem illum fuisse, quam fata sunt, quum ea solvit et vicit, quae perpetuis nexibus et immobili 30 fuerant necessitate devincta.

XLVIII. 'Sed frustra,' inquit nescio quis, 'tantum 'arrogas Christo, quum saepe alios sciamus, et scieri-

'mus deos, et laborantibus plurimis dedisse medici-
'nas, et multorum hominum morbos valetudinesque
'curasse.' Non inquiro, non exigo, quis deus, aut
quo tempore, cui fuerit auxiliatus, aut quem fractum
5 restituerit sanitati: illud solum audire desidero, an
sine ullius adjunctione materiae, id est, medicaminis
alicujus, ad tactum morbos jusserit ab hominibus
revolare, imperaverit, fecerit et emori valetudi-
num causam, et debilium corpora ad suas remeare
10 naturas. Christus enim scitur, aut admota par-
tibus debilitatis manu, aut vocis simplicis jussione
aures aperuisse surdorum, exturbasse ab oculis cae-
citates, orationem dedisse mutis, articulorum vincula
relaxasse, ambulatum dedisse contractis; vitiligines,
15 querqueras, atque intercutes morbos, omniaque alia
valetudinum genera, quae humana corpora susti-
nere nescio quae voluit importuna crudelitas, verbo
solitus imperioque sanare. Quid simile dii omnes,
a quibus opem dicitis aegris et periclitantibns
20 latam? Qui si quando, ut fama est, nonnullis at-
tribuere medicinam, aut cibum aliquem jusserunt
capi, aut qualitatis alicujus ebibi potionem, aut her-
barum et graminum succos superimponi inquietan-
tibus causis, ambulare, cessare, aut re aliqua quae
25 officiat abstinere, quod esset non magnum, nec ad-
mirationis alicujus stupore condignum promptum
est, si volueritis attendere, et medici [*fors.* medicus]
etiam sic curant [*fors.* curat], animal humi natum,
nec confisum scientiae veritate, sed in arte suspi-
30 cabili positum, et conjecturarum aestimationibus nu-
tans. Nulla autem virtus est medicaminibus amo-
vere quae noceant; beneficia ista rerum, non sunt
curantium potestates, et, ut sit laudabile scire, qua

quibus conveniat medicina, aut arte curari, locus hujus laudis non in Deo, sed in homine constitutus est. Hunc enim non est turpe rebus extrinsecus sumptis valetudinem hominis fecisse meliorem: indecorum Deo est, non ipsum per se posse, sed ex- 5 ternarum adminiculis rerum sanitatem incolumitatemque praestare.

XLIX. Et quoniam beneficia salutis datae aliorum numinum comparatis et Christi, quot millia vultis a nobis debilium vobis ostendi, quot tabificis 10 affectos morbis, nullam omnino retulisse medicinam, quum per omnia supplices irent templa, quum deorum ante ora prostrati, limina ipsa converrerent osculis, quum Aesculapium ipsum datorem, ut praedicant, sanitatis, quoad illis superfuit vita, et preci- 15 bus fatigarent, et invitarent miserrimis votis? Nonne alios scimus malis suis commortuos, cruciatibus alios consenuisse morborum, perniciosius alios sese habere coepisse, postquam dies noctesque in continuis precibus, et pietatis exspectatione triverunt? Quid ergo 20 prodest ostendere unum aut alterum fortasse curatos, quum tot millibus subvenerit nemo, et plena sint omnia miserorum infeliciumque delubra? nisi forte dicatis, opem bonis ab diis ferri, malorum miserias despici. Atqui Christus aequaliter bonis ma- 25 lisque subvenit, nec repulsus ab hoc quisquam est qui rebus auxilium duris contra impetum postulabat injuriasque fortunae. Hoc est enim proprium Dei veri, potentiaeque regalis, benignitatem suam negare nulli, nec reputare quis mereatur, aut mi- 30 nime, quum naturalis infirmitas peccatorem hominem faciat, non voluntatis seu judicationis electio. Dicere porro meritis opem laborantibus ab diis ferri,

hoc est in medio ponere, et dubitabile quod asseras facere, ut et ille, qui sanus est factus, fortuito possit videri esse servatus, et ille, qui non est, non meriti causa, sed infirmitate credatur valetudinem expellere 5 non potuisse divina.

L. Quid, quod istas virtutes, quae sunt a nobis summatim, non ut rei poscebat magnitudo depromptae, non tantum ipse perfecit vi sua, verum quod erat sublimius multos alios experiri, et fa- 10 cere sui nominis cum affectione permisit? Nam quum videret futuros vos esse gestarum ab se rerum, divinique operis derogatores, ne qua subesset suspicio magicis se artibus munera illa beneficiaque largitum, ex immensa illa populi multitudine, quae 15 suam gratiam sectabatur admirans, piscatores, opifices rusticanos, atque id genus delegit imperitorum, qui per varias gentes missi, cuncta illa miracula sine ullis fucis atque adminiculis perpetrarent. Verbo ille compescuit verminantium membrorum cruces, 20 et illi verbo compescuerunt furialium vermina passionum. Imperio ille uno exturbavit a corporibus daemonas, et exanimatis suos restituit sensus: sub eorum portantes [*fors.* plorantes] et illi se casibus [*fors.* succussibus] jussione non alia sanitati et con- 25 stantiae reddiderunt. Ille notas albicantium vitiliginum manu admota detersit; liniamenta et hi corporum haud dissimili conciliavere contactu. Uliginosa ille et turgentia viscera siccitatem jussit recuperare nativam; et famuli ejus hoc modo sta- 30 tuerunt errantes aquas, et a pernicie corporum suos labi jussere per tramites. Ille ulcera oris immensi, et recusantia perpeti sanitatem intra unius verbi moram continuato frenavit a pastu; et illi haud

aliter contumaciam canceris saevi ad subeundam cicatricem circumscriptis evaginationibus compulerunt. Incessum ille claudis dedit, visum luminibus caecis, interemptos revocavit ad vitam; nec minus et hi quoque contractionem relaxavere nervorum, luce 5 oculos implevere jam perdita, et ab tumulis remeare defunctos exequiarum conversione jusserunt. Neque quicquam est ab illo gestum per admirationem stupentibus cunctis, quod non omne donaverit faciendum parvulis illis et rusticis, et eorum subjecerit 10 potestati.

LI. Quid dicitis O mentes incredulae, difficiles, durae? alicui ne mortalium Juppiter ille Capitolinus hujusmodi potestatem dedit? Curionem, aut pontificem maximum, quinimmo dialem, quod ejus 15 est, [*fors.* quo dius est, *Colvius*] flaminem isto jure donavit? Non dicam ut mortuos excitaret, non ut caecis restitueret lucem, non ut membrorum situm enervatis redderet, et dissolutis; sed ut pustulam, reduviam, papulam, aut vocis imperio, aut manus 20 contrectatione comprimeret. Ergo illud humanum fuit, aut ex ore terrenis stercoribus innutrito tale potuit jus dari, talis licentia proficisci, et non divinum et sacrum? aut, si aliquam superlationem res capit, plusquam divinum et sacrum? Nam si fa- 25 cias ipse, quod possis, et quod tuis sit viribus potentatuique conveniens, admiratio non habet quod exclamet. Id enim quod potueris, feceris, et quod praestare debuerit vis tua, ut operis esset una, et ipsius qui operaretur, qualitas. Transcribere posse 30 in hominem jus tuum, et quod facere solus possis fragilissimae rei donare, et participare faciendum, supra omnia sitae est potestatis, continentisque sub

sese est rerum omnium causas, et rationum facultatumque naturas.

LII. Age nunc veniat quis super igneam zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut
5 assentiamur authori; Bactrianus et ille conveniat, cujus Ctesias res gestas historiarum exponit in primo, Armenius Hosthanis nepos et familiaris, Pamphylus Cyri, Apollonius, Damigero, et Dardanus, Velus, Julianus, et Baebulus, et siquis est alius qui
10 principatum et nomen fertur in talibus habuisse praestigiis; permittant uni ex populo in officium sermonis dandi, ora coarticulare mutorum, surdorum auriculas reserare, sine [*fors.* sive] luminibus procreatis oculorum redintegrare naturas, et in frigentia
15 olim membra sensus animasque reducere. Aut, si ardua res ista est, neque aliis permittere talium possunt operum potestates, ipsi faciant, et cum suis ritibus faciant; quicquid malefici graminis nutricant terrarum sinus, quicquid virium continet fremor ille
20 verborum, atque adjunctae carminum necessitates, non invidemus, adjiciant, non interdicimus, colligant. Experiri libet et recognoscere, [*fors.* e re cognoscere, *Meursius*] an cum suis efficere diis possint, quod ab rusticis Christianis jussionibus factitatum
25 est nudis.

LIII. Desistite, O nescii, in maledicta convertere res tantas, nihil ei nocitura qui fecit, periculum allatura sed vobis: periculum, inquam, non parvulum, sed in rebus eximiis, sed in praecipuis constitutum,
30 siquidem res anima preciosa est, nec ipso se homini quidquam potest carius inveniri. Nihil, ut remini, magicum, nihil humanum, praestigiosum, aut subdolum, nihil fraudis, delituit in Christo, deri-

deatis licet ex more atque in lasciviam dissolvamini cachinnorum. Deus ille sublimis fuit, Deus radice ab intima, Deus ab incognitis regnis, et ab omnium principe Deus sospitator est missus, quem neque sol ipse, neque ulla, si sentiunt, sidera, non rec- 5 tores, non principes mundi, non denique dii magni, aut, qui fingentes se deos genus omne mortalium territant, unde aut qui fuerit, potuerunt noscere vel suspicari; et merito. Exutus at corpore, quod in exigua sui circumferebat parte, postquam videri se 10 passus est, cujus esset aut [*fors.* et] magnitudinis, sciri, novitate rerum exterrita universa mundi sunt elementa turbata, tellus mota contremuit, mare funditus refusum est, aer globis involutus est tenebrarum, igneus orbis solis tepefacto ardore deriguit. 15 Quid enim restabat ut fieret, postquam Deus est cognitus is, qui esse jamdudum unus judicabatur e nobis?

LIV. Sed non creditis gesta haec. Sed qui ea conspicati sunt fieri, et sub oculis suis viderunt agi, 20 testes optimi certissimique auctores, et crediderunt haec ipsi, et credenda posteris nobis haud exilibus cum approbationibus tradiderunt. Quinam isti sint, fortasse quaeritis? Gentes, populi, nationes, et incredulum illud genus humanum, quod, nisi aperta res 25 esset et luce ipsa, quemadmodum dicitur, clarior, nunquam rebus hujusmodi credulitatis suae commodarent assensum. At nunquid dicemus illius temporis homines usque adeo fuisse vanos, mendaces, stolidos, brutos, ut, quae nunquam viderant, vi- 30 disse se fingerent? et quae facta omnino non erant, falsis proderent testimoniis, aut puerili assertione firmarent? quumque possent vobiscum et unanimiter

vivere, et inoffensas ducere conjunctiones, gratuita susciperent odia, et exsecrabili haberentur in nomine? [b]

LV. Quod si falsa, ut dicitis, historia illa rerum
5 est, unde tam brevi tempore totus mundus ista religione completus est? aut in unam coire qui potuerunt mentem gentes regionibus disjunctae, ventis, coeli convexionibusque dimotae? Asseverationibus illectae sunt nudis, inductae in spes cassas, et in
10 pericula capitis immittere se sponte temeraria desperatione voluerunt, quum nihil tale vidissent quod eas in hos cultus novitatis suae possit excitare miraculo? [*fors.* novitate sua possit excitare, miraculum?] Immo quia haec omnia et ab ipso cernebant
15 geri, et ab ejus praeconibus, qui per orbem totum missi beneficia Patris et munerandis [*fors.* munera grandia] animis hominibusque portabant, veritatis ipsius vi victae et dederunt se Deo, nec in magnis posuere dispendiis membra vobis projicere, et vis-
20 cera sua lanianda praebere.

LVI. Sed conscriptores nostri mendaciter ista prompserunt, extulere in immensum exigua gesta, et angustas res satis ambitioso dilatavere praeconio. Atqui utinam cuncta referri in scripta potuissent,
25 vel quae ab ipso gesta sunt, vel quae ab ejus praeconibus pari jure et potentia terminata. Magis vos incredulos faceret vis tanta virtutum, aut apprehendere locum [*fors.* fucum *Stewch.*] fortasse possetis, quo videretur esse simillimum veri, et incrementa
30 rebus apposita, et inditas scriptis et commentariis falsitates. Sed neque omnia conscribi, aut in aures

[b] Confer omnino Origenem contra Celsum, l. VIII, c. 47, cum his, et sequentibus.

omnium pervenire potuerunt gesta gentibus in ignotis, et usum nescientibus literarum: aut siqua sunt literis, conscriptionibusque mandata, malevolentia daemonum, quorum cura et studium est hanc intercipere veritatem, et consimilium his hominum, 5 interpolata quaedam, et addita, partim mutata, atque detracta verbis, syllabis, literis, ut et prudentium tardaret fidem, et gestorum corrumperet [*fors.* tardarent—corrumperent *Fulv. Ursinus*] auctoritatem. Sed nunquam fuerit his bene, ut Christus qui fuerit 10 literarum testimoniis colligatur, cujus in id solum dimissa sunt causa, ut, si esse constiterit ea vera quae dicimus, confessione omnium Deus fuisse monstretur.

LVII. Non creditis scriptis nostris, et nos vestris non credimus scriptis. Falsa de Christo compin- 15 gimus, et vos de diis vestris inania et falsa jactatis. Neque enim coelo Deus aliquis lapsus est, aut suis res vestras commentatus est manibus, aut ratione consimili nostris rebus et religionibus derogavit. Ab hominibus haec scripta, et illa sunt 20 ab hominibus scripta, mortalibus edissertata sermonibus, et quicquid dicere de nostris conscriptoribus intenderitis, et de vestris haec dicta paribus sumite atque habetote momentis. Vultis vera esse, quae in vestris comprehensa sunt scriptis, et quae in nostris 25 consignata sunt literis confiteamini necesse est esse vera. Falsitatis arguitis res nostras, et nos vestras arguimus falsitatis. 'Sed antiquiora,' inquitis, 'nostra 'sunt, ac per hoc fidei et veritatis plenissima.' Quasi vero errorum non antiquitas plenissima mater sit, 30 et non ipsa pepererit res eas, quae turpissimas diis notas ignominiosis concinnaverunt in fabulis. Ante millia enim annorum decem non potuerunt falsa

et audiri, et credi? aut non simillimum veri est, fidem vicinis et finitimis, quam spatiorum inesse longinquitate distantibus? Testibus enim haec, illa opinionibus asseruntur; et proclivius multo est, mi-
5 nus esse in recentibus fictionis, quam in antiqua obscuritate submotis.

LVIII. Sed ab indoctis hominibus et rudibus scripta sunt, et idcirco non sunt facili auditione credenda. Vide ne magis haec fortior causa sit, cur
10 illa sint nullis coinquinata mendaciis, mente simplici prodita, et ignara lenociniis ampliare. Trivialis et sordidus sermo est. Nunquam enim veritas sectata est fucum, nec quod exploratum et certum est circumduci se patitur orationis per ambitum
15 longiorem. Collectiones, enthymemata, definitiones, omniaque illa ornamenta, quibus fides quaeritur assertionis, [*fors.* assertioni, *Fulv. Ursinus*] suspicantes adjuvant, non veritatis lineamenta demonstrant. Ceterum qui scit, quid sit illud quod dicitur,
20 nec definit, nec colligit, neque alia sectatur artificia verborum, quibus capi consueti sunt audientes, et ad consensum rei circumscriptionis necessitate traduci.

LIX. 'Barbarismis, soloecismis, obsitae sunt,' inquit, 'res vestrae, et vitiorum deformitate pollutae.'
25 Puerilis sane, atque angusti pectoris reprehensio; quam si admitteremus ut vera sit, abjiciamus ex usibus nostris quorundam fructuum genera, quod cum spinis nascuntur, et purgamentis aliis, quae nec alere nos possunt, nec tamen impediunt perfrui nos
30 eo, quod principaliter antecedit, et saluberrimum nobis voluit esse natura. Quid enim officit, O quaeso, aut quam praestat intellectui tarditatem? utrumne quid glabre, an hirsuta cum asperitate promatur?

inflectatur quod acui, an acuatur quod oportebat inflecti? aut qui minus id quod dicitur verum est, si in numero peccetur, aut casu, praepositione, participio, conjunctione? Pompa ista sermonis, et oratio missa per regulas, concionibus, litibus, foro judiciis- 5 que servetur, deturque: illis immo, qui voluptatum delinimenta quaerentes, omne suum studium verborum in lumina contulerunt. Quum de rebus agitur ab ostentatione submotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amoenitate dicatur, nec quid 10 aures commulceat, sed quas afferat audientibus utilitates; maxime quum sciamus etiam quosdam sapientiae deditos non tantum abjecisse sermonis cultum, verum etiam, quum possent ornatius atque uberius eloqui, trivialem studio humilitatem secutos, 15 ne corrumperent scilicet gravitatis rigorem, et sophistica se potius ostentatione jactarent. Enimvero dissoluti est pectoris in rebus seriis quaerere voluptatem, et quum tibi sit ratio cum male se habentibus atque aegris, sonos auribus infundere dulciores, 20 non medicinam vulneribus admovere. Quanquam, si verum spectes, nullus sermo natura est integer, vitiosus similiter nullus. Quaenam est enim ratio naturalis, aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur et haec sella? quum neque sexus 25 habeant foemininis generibus masculinisque discretos, neque quisquam docere doctissimus me possit ipsum hic, et haec, quid sint, aut cur ex eis unum secus virile designet, foemininis generibus id quod sequitur applicetur. Humana ista sunt placita, et 30 ad usum sermonis faciendi non sane omnibus necessaria; nam et haec paries forsitan, et hic sella dici sine ulla reprehensione potuisset, si ab initio

sic dici placuisset, et a sequentibus saeculis communi esset in sermocinatione servatum. Et tamen, O isti qui pollutas res nostras vitiorum criminamini foeditate, stribiligines et vos istas libris illis in maximis 5 atque admirabilibus non habetis? Nonne alius haec utria, alius dicitis hos utres? coelus, et coelum? non item filus, et filum? non item crocus, et crocum? non item fretus, et fretum? non item apud vos est positum hoc pane, et hic panis? hic sanguis, hoc 10 sanguen? candelabrum et jugulum ratione eadem jugulus et candelaber? Nam si singula nomina non possunt genera plura habere quam singula, neque eadem possunt hujus esse generis, et illius, (genus enim transire genus in alterum non potest,) tam 15 peccat qui genera masculina foemininis pronunciat legibus, quam ab eo peccatur qui articulos masculinos foemininis generibus anteponit. Atqui vos conspicimus et res masculinas foeminine, et foemineas masculine, et quas esse dicitis neutras, et illo 20 et hoc modo sine ulla discretione depromere. Aut igitur nulla est culpa indifferenter his uti, et frustra nos dicitis soloecismorum obscoenitate deformes; aut si certum est singula quibus debeant rationibus explicari, in similibus vitiis vos quoque versamini, 25 quamvis Epicadios omnes, Caesellios, Verrios, Scauros teneatis, et Nisos.

LX. 'Sed si Deus,' inquiunt, 'fuit Christus, cur 'forma est in hominis visus? et cur more est inter- 'emptus humano?' An aliter potuit invisibilis illa 30 vis, et habens nullam substantiam corporalem, inferre et commodare se mundo, conciliis interesse mortalium, quam ut aliquod tegmen materiae solidioris assumeret, quod oculorum susciperet injec-

tum, et ubi se figere inertissimae [*fors.* intentissimae *Heumannus*] posset contemplationis obtutus? Quis est enim mortalium, qui quaereret [*fors.* Quis enim mortalium quiret, *Heraldus*] eum videre, quis cernere, si talem voluisset inferre se terris, qualis ei 5 primigenia natura est? et qualem se ipse in sua esse voluit vel qualitate, vel numine? Assumpsit igitur hominis formam, et sub nostri generis similitudine potentiam suam clausit, ut et videri posset et conspici, verba faceret, et doceret, atque omnes exseque- 10 retur res eas, propter quas in mundum venerat faciendas, Summi Regis imperio et dispositione servatis.

LXI. Quid enim, dicitis, Rex Summus ea quae in mundo facienda esse decreverat, sine homine simulato non quibat efficere? Si oporteret ita fieri, 15 quemadmodum dicitis, ista fortasse fecisset: quia non oportuit, aliter fecit. Quare isto voluit, et illo genere noluit, latent taliter [*An* totaliter?] involutae, et vix ulli comprehensibiles causae, quas accipere fortasse potuisses si non esses jamdudum ad non 20 accipiendum paratus, et prius te formares ad non credendi frontem, quam tibi esset expositum id, quod nosse atque audire conquireres.

LXII. Sed more est hominis interemptus. Non ipse; neque enim cadere divinas in res potest mortis 25 occasus, nec interitionis dissolutione dilabi id, quod est unum et simplex, nec ullarum partium congregatione compactum. Quis est ergo visus in patibulo pendere? quis mortuus est? homo, quem induerat, et secum ipse portabat. Incredibile dictu 30 est, et caecis obscuritatibus involutum. Si velis, non caecum est, et [*fors.* at] similitudini proxime constitutum. Si quo tempore Sibylla praesaga, oracula

illa depromens, fundebat vi, ut dicitis, Apollinis plena, ab impiis esset caesa atque interempta latronibus, nunquid Apollo diceretur in ea esse occisus? si vates [*fors.* si Bacis, si, *Mercerus*] Helenus, si 5 Martius, aliique similiter vates hariolantes essent vita et luce privati, nunquid aliquis diceret, lege eos humanitatis exstinctos, qui illorum per ora loquentes vias rerum postulantibus explicabant? Mors illa, quam dicitis, assumpti hominis fuit, non ipsius; 10 gestaminis, non gestantis; quam nec ipsam perpeti succubuisset, tanta si non agenda res esset, et inexplicabilis ratio, satis [*fors.* satis iis] clausis patefacienda mysteriis.

LXIII. Quae sunt ista, inquies, clausa atque ob- 15 scura mysteria, quae nulli nec homines scire, nec ipsi, qui appellantur dii mundi, parte queunt aliqua suspicionis atque opinationis attingere, nisi quos ipse dignatus est cognitionis tantae impertire muneribus, et in abditos recessus thesauri interioris inducere? 20 Vides [*fors.* Vide] enim, si nollet inferri sibi a quoquam manus, summa illi fuisse [*fors.* fuisset] contentione nitendum, ut hostes ab se suos, vel potestate inversa prohiberet? Qui caecis restituerat lumina, is efficere, si deberet, non poterat caecos? qui debili- 25 bus integritatem, is debiles reddere difficultati habuit aut labori? qui claudos faciebat incedere, is motus alligare membrorum nervorum duritia nesciebat? qui extrahebat a tumulis mortuos, huic arduum fuerat letum cui vellet indicere? Sed quia 30 fieri ratio ea, quae fuerant destinata, poscebat, et hic in ipso mundo, nec modo quam gestum est alio, inaestimabilis illa atque incredibilis lenitas injurias in se hominum puerilibus pro ineptiis ducens, manus

in se porrigi ab immanibus passa est durissimisque latronibus; nec reputandum putavit quid illorum designasset audacia, dummodo suis ostenderet quid ab sese exspectare deberent [*fors.* exspectari deberet]. Quum enim de animarum periculis multa medela- 5 rum [*fors.* multarum medelarum] contra insinuator, magister atque auctor, ad officiorum convenientium fines suas leges et constituta direxit, non superbiae fastum comminuit? non libidinum exstinxit flammas? non hiatum compressit aviditatis? non tela 10 extorsit e manibus, atque omnia seminaria totius vitiositatis abscidit? Ipse denique non lenis, non placidus, non accessu facilis, non familiaris affatu, non humanas miserias indolescens, omnes omnino crucibus et corporalibus affectos malis unica illa be- 15 nignitate miseratus reddidit et restituit sanitati?

LXIV. Quid ergo vos subigit, quid hortatur maledicere, convitiari, inexpiabiles cum eo conserere simultates, quem redarguere, quem tenere nemo hominum possit ullius facinoris in reatu? Tyrannos 20 ac reges vestros, qui postposito deorum metu donaria spoliant populanturque templorum, qui proscriptionibus, exsiliis, caedibus nudant nobilitatibus civitates, qui matronarum pudorem ac virginum vi subruunt atque eripiunt licentiosa, appellatis indigetes, 25 atque divos; et quos odiis acrioribus conveniebat a vobis carpi, pulvinaribus, aris, templis, atque alio mactatis cultu ludorum et celebritate natalium, necnon et illos omnes qui conscriptione voluminum multiformi maledictis mordacibus carpunt publicos 30 mores, qui luxurias ac vitas vestras secant, urunt, dilacerant, qui in temporis posteri notas scriptorum perpetuitate prolatant, qui matrimonia persuadent

habenda esse communia, qui cum pueris cubitant formosis lascivientibus nudis, qui pecudes vos esse, qui fugitivos, qui exsules, qui vilissimae servos notae, furiosos praedicant et insanos, admirantes, plau-
5 dentes ad coeli sustollitis sidera, bibliothecarum reponitis in arcanis, quadrigis et statuis muneramini, et quantum est in vobis velut quadam aeternitate donatis immortalium testificatione titulorum: solum Christum convellere, dilacerare, (potestis si
10 Deum,) vultis, immo solum si liceat beluarum agrestium ritu cruentis oribus mandere, comminutis cum ossibus transvorare. Quodnam, quaeso, ob meritum, dicite, cujus ob peccati culpam, quid ab eo commissum est, quod tenorem inflecteret recti, et in
15 odia vos aspera furialibus stimulis concitaret? quia animarum vestrarum custodem se missum solo indicavit ab Rege, quia vobis immortalitatem ferre, quam vos habere confiditis humanis paucorum asseverationibus suasi. Quod si esset apud vos certum
20 falsa illum dicere, spes etiam vanissimas polliceri, nec sic video fuisse causam, cur eum deberetis odisse, cur hostili animadversione damnare; immo, si animus vobis clemens fuisset et mitis, vel propter id solum eum deberetis amplecti, quod optabilia
25 vobis sponderet et prospera, quod bonarum esset nuncius rerum, quod ea praedicaret quae nullius animum laederent, securioris quinimmo exspectationis impleret. [*fors.* implerent, *Orell.*]

LXV. O ingratum et impium saeculum, O in pri-
30 vatam perniciem incredibili pectoris obstinatione pronum! Si aliquis ad vos medicus ex summotis venisset et nunquam vobis regionibus cognitis, medi-

camen pollicens tale, quod a vestris corporibus omnia omnino prohiberet morborum et valetudinum genera, non certatim omnes accurreretis? non blanditiis omnibus atque honoribus fotum familiaria susciperetis in moenia? non illud medicaminis genus 5 optaretis esse certissimum, non verum, quod immunes vos fore ab tam innumeris vexationibus corporum usque ad ultimos fines sponderet aetatis? et licet ambigua res esset, committeretis vos tamen, nec potionem incognitam dubitaretis haurire spe salutis 10 proposita, atque amore incolumitatis incensi. Eluxit atque apparuit Christus rei maximae nunciator, auspicium faustum portans et praeconium salutare credentibus. Quaenam est ista crudelitas inhumanitasque tanta, quinimmo ut verius loquar, fasti- 15 diosum supercilium, nunciatorem muneris et portitorem tanti, non tantum verborum maledictionibus scindere, verum etiam bello gravi atque omnibus persequi telorum effusionibus et ruinis? Non placent ea quae dicit, et cum offensionibus audiuntur 20 a vobis? pro ludicris ea vaticinationibus comportate. Stolidissimas res loquitur, et fatua dona promittit? ridete ut sapientes vos viri, et in suis erroribus fatuitatem relinquite volutari. Quaenam est haec feritas, ut repetamus quae dicta sunt sae- 25 pius, quae libido tam carnifex, inexpiabile bellum indicere nihil de te merito? dilacerare, si detur, eum velle per viscera, qui non modo nullum intulerit malum nulli, sed aequaliter benignus hostibus diceret, quidnam his salutis Deo portaretur a prin- 30 cipe; quid esset facto opus, ut interitum fugerent, et immortalitatem consequerentur ignotam? Quum-

que novitas rerum, et inaudita promissio audientium turbarent mentes, et credulitatem facerent haesitare, virtutum omnium dominus, atque ipsius mortis exstinctor hominem suum permiserit interfici, ut ex 5 rebus consequentibus scirent in tuto esse spes suas, quas jamdudum acceperant de animarum salute, nec periculum mortis alia se posse ratione vitare.

FIRMIANI LACTANTII

EPITOME

INSTITUTIONUM DIVINARUM

AD

PENTADIUM FRATREM.

LACTANTIUS.

S. HIERONYMUS, Lib. De Viris Illustribus, c. lxxx, pag. 165*, edit. FABRICII.

FIRMIANUS, qui et LACTANTIUS, Arnobii dis-
5 cipulus, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio grammatico, cujus de Medicinalibus versu compositi exstant libri, Nicomediae rhetoricam docuit, et penuria discipulorum, ob Graecam videlicet civitatem, ad scribendum se contulit. Habemus enim ejus
10 Symposium[a], quod adolescentulus scripsit, Ὁδοιπορικὸν de Africa usque Nicomediam hexametris scriptum versibus, et alium librum qui inscribitur Grammaticus, et pulcherrimum de Ira Dei, et Institutionum Divinarum adversum Gentes libros sep-
15 tem, et Ἐπιτομὴν ejusdem operis in libro uno acephalo[b], et ad Asclepiadem libros duos[c]; de Persecutione librum unum, ad Probum Epistolarum libro squatuor, ad Severum Epistolarum libros duos, ad Demetrianum auditorem suum Epistolarum li-
20 bros duos, [d]ad eundem de Opificio Dei, vel formatione hominis, librum unum. Hic extrema aetate magister Caesaris Crispi, filii Constantini, in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est[e]

Joan. Alberti Fabricii notae.

25 [a] Symposium hoc una cum Hodoeporico et Grammatico intercidit. [Centum quidem Epigrammata aenigmatica vetera, diu sub Symposii poetae nomine circumlata, tanquam Lactantii Sym-

posium edidit Ch. Aug. Heumannus Hanoverae anno 1722, sed aliis viris eruditis sententiam suam minime probavit.]

[b] Liber de Ira, et septem Libri Institutionum saepissime inter Lactantii opera editi sunt una cum hac Epitome ἀκεφάλῳ, ita ut eam legerat Hieronymus, incipiente ab his verbis, 'Nam si justi- 5 tia est veri Dei cultus,' ubi incipit Lactantius breviter persequi ea quae in Institutionum opere a lib. v, cap. 16 seq., tradiderat. Sed vir eruditissimus Christophorus Matthaeus Pfaffius, in Bibliothecae Regiae Taurinensis Codice antiquissimo, Epitomen illam Pentadio fratri a Lactantio dicatam reperit, integram et 10 prioribus LV capitibus auctiorem, eamque Parisiis anno 1712 publicavit. [Epitomen jam editam recensuit, atque insigniter emendavit Joannes Davisius Cantabrigiensis anno 1718. Cujus editione in recensendo opusculo potissimum usus sum, sed adhibita in consilium Bunemanniana illa operum omnium Lactantii 15 editione, quae Lipsiae prodiit anno 1738. quum subsequens operum Lactantii editio Parisiensis me minus adjuvaret.]

[c] Hic est Asclepiades de quo Lactantius vii, 4, 'Optime igitur 'Asclepiades noster de Providentia summi Dei disserens in eo 'libro quem scripsit ad me.' Sed et Lactantii ad Asclepiadem et 20 Asclepiadis ad Lactantium scripta nusquam hodie exstant.

[d] [Perierunt octo hi libri Epistolarum; haud itidem is de Opificio Dei libellus, vel ille de Prosecutione, sive de Persecutorum Mortibus, a Baluzio primum editus.]

[e] Crispus a Constantino interfectus A. C. 326. Vide Tille- 25 montium tomo quarto Historiae Imperator. et de Lactantio tomo VI Memor. Ex Hieronymo Chron. colligas Crispum institutioni Lactantii commissum A. 317.

FIRMIANI LACTANTII

EPITOME

INSTITUTIONUM DIVINARUM

AD

PENTADIUM FRATREM.

QUANQUAM Divinarum Institutionum libri, quos jam pridem ad illustrandam veritatem religionemque conscripsimus, ita legentium mentes instruant, ita informent, ut nec prolixitas pariat fastidium, nec
10 oneret ubertas, tamen horum tibi Epitomen fieri, PENTADI frater, desideras; credo, ut ad te aliquid scribam, tuumque nomen in nostro qualicunque opere celebretur. Faciam quod postulas, etsi difficile videtur ea, quae septem maximis voluminibus
15 explicata sunt, in unum conferre. Fit [*fors.* Fiet, *Davis.*] enim totum, et minus plenum, quum tanta rerum multitudo in angustum coarctanda sit, et brevitate ipsa minus clarum, maxime quum et argumenta plurima et exempla, in quibus lumen est
20 probationum, necesse sit praeteriri, quoniam tanta eorum copia est, ut vel sola librum conficere possint. Quibus sublatis, quid poterit utile [utile *est ex conjectura Pfaffii, quum locus in MSto vacuus sit. Supplend. conjicit Buneman.* perspicuum *Quidni*
25 *ponend.* satis plenum?] quid apertum videri? Sed

enitar, quantum res sinit, et diffusa substringere et prolixa breviare; sic tamen, ut neque res ad copiam, neque claritas ad intelligentiam deesse videatur in hoc opere, quo in lucem veritas protrahenda est.

CAPUT I. 5

De Divina Providentia. Inst. i. 2.

Prima incidit quaestio, sitne aliqua providentia, quae aut fecerit aut regat mundum. Esse, nemini dubium est, siquidem omnium fere philosophorum, praeter scholam Epicuri, una vox, una sententia est, nec fieri sine artifice Deo potuisse mundum, nec 10 sine rectore constare. Itaque non solum a doctissimis viris, sed et omnium mortalium testimoniis ac sensibus coarguitur Epicurus. Quis enim de providentia dubitet, quum videat coelos terramque sic disposita, sic temperata esse universa, ut non modo 15 ad pulchritudinem ornatumque mirabilem, sed ad usum quoque hominum, ceterorumque viventium commoditatem aptissime convenirent? Non potest igitur quod ratione constat, sine ratione coepisse.

CAP. II. 20

Quod Deus sit unus. Inst. i. 3.

Quoniam certum est esse providentiam, sequitur alia quaestio, utrumne Deus unus an plures, quae quidem multum habet ambiguitatis. Dissentiunt enim non modo singuli inter se, verum etiam populi atque gentes. Sed qui rationem sequetur, 25 intelliget nec Dominum esse posse nisi unum, nec Patrem nisi unum. Nam si Deus, qui omnia condidit, et idem Dominus, et idem Pater est, unus sit necesse est, ut idem sit caput idemque fons rerum. Nec potest aliter summa [*Confer cap.* XIV *et* 30 LXVII] consistere, nisi ad unum cuncta referantur,

nisi unus teneat gubernaculum, nisi unus fraena moderetur, regatque universa membra, tanquam mens una. Si multi sint in examine apum reges, peribunt aut dissipabuntur, dum

5 Regibus incessit magno discordia motu:
[VIRG. GEORG. IV. 68.]

si plures in armento duces, tam diu praeliabuntur, donec unus obtineat: si multi in exercitu imperatores, nec pareri poterit a milite, quum diversa ju-
10 beantur, nec ab iis ipsis unitas obtineri, quum sibi quisque pro moribus [*fors.* viribus, *Davis.*] consulat. Sic in hac mundi republica nisi unus fuisset moderator, qui et conditor, aut soluta fuisset haec moles, aut nec [*corr.* ne, *Davis.*] condi quidem potuisset.
15 Praeterea in multis non potest esse totum, quum singuli sua officia, suas obtineant potestates. Nullus igitur eorum poterit omnipotens nuncupari, quod est verum cognomentum Dei, quoniam id solum poterit, quod in ipso est; quod autem in aliis, non
20 audebit attingere. Non Vulcanus sibi aquam vindicabit, aut Neptunus ignem, non Ceres artium peritiam, nec Minerva frugum [*fors.* fruges], non arma Mercurius, nec Mars lyram, non Jupiter medicinam, nec Asclepius fulmen: facilius illud ab alio jactum
25 suscipiet, quam ipse torquebit. Si ergo singuli non possunt omnia, minus habent virium, minus potestatis: is autem Deus habendus est, qui potest totum, quam qui de toto minimum.

CAP. III.

De Deo uno testimonia Poetarum; Inst. i. 3-5.

30 Unus igitur Deus est, perfectus, aeternus, incorruptibilis, impassibilis, nulli rei potestative subjectus, ipse omnia possidens, omnia regens, quem nec aesti-

mare sensu valeat humana mens, nec eloqui lingua mortalis. Sublimior enim ac major est quam ut possit aut cogitatione hominis aut sermone comprehendi. Denique, ut taceam de prophetis unius Dei praedicatoribus, poetae quoque et philosophi testi- 5 monium singulari Deo perhibent. Orpheus principalem Deum dicit, qui coelum solemque cum ceteris astris, qui terram, qui maria condiderit. Item noster Maro summum Deum modo spiritum, modo mentem nuncupat, eamque velut membris infusam, to- 10 tius mundi corpus agitare; item Deum per profunda coeli, per tractus maris terrarumque discurrere, atque ab eo universas animantes trahere vitam. Ne Ovidius quidem ignoravit a Deo instructum esse mundum, quem interdum opificem rerum, interdum 15 mundi fabricatorem vocat.

CAP. IV.

Philosophorum; Inst. i. 5, 6.

Sed veniamus ad philosophos, quorum certior habetur auctoritas quam poetarum. Plato monarchiam adserit, unum Deum dicens, a quo sit mundus 20 instructus, et mirabili ratione perfectus. Aristoteles auditor ejus unam esse mentem, quae mundo praesideat, confitetur. Antisthenes unum esse dicit naturalem Deum, totius summae gubernatorem. Longum est recensere quae de summo Deo vel Thales 25 vel Pythagoras et Anaximenes antea, vel postmodum Stoici, Cleanthes et Chrysippus et Zenon, vel nostrorum Seneca, Stoicos secutus, et ipse Tullius praedicaverint, quum hi omnes, et quid sit Deus, definire tentaverint, et ab eo solo regi mundum ad- 30 firmaverint, nec ulli subjectum esse naturae, quum ab ipso sit omnis natura generata. Hermes, qui ob

virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus meruit nominari, qui et doctrinae vetustate philosophos antecessit, quique apud Aegyptios ut deus colitur, majestatem Dei singularis infinitis ad-5serens laudibus, Dominum et Patrem nuncupat, eumque esse sine nomine, quod proprio vocabulo non indigeat, quia solus sit, nec habere ullos parentes, quia ex se et per se ipse sit. Hujus ad filium scribentis exordium tale est: 'Deum quidem intelligere 10 'difficile est, eloqui vero impossibile, etiam cui intel-'ligere possibile est; perfectum enim ab imperfecto, 'invisibile a visibili non potest comprehendi.'

CAP. V.

Sibyllarum; Inst. i. 7.

Superest de vatibus dicere. Varro decem Sibyllas 15 fuisse tradit, primam de Persis, secundam Libyssam, tertiam Delphida, quartam Cimmeriam, quintam Erythraeam, sextam Samiam, septimam Cumanam, octavam Hellespontiam, nonam Phrygiam, decimam Tiburtem, cui sit nomen Albuneae. Ex his om-20nibus Cumanae solius tres esse libros, qui Romanorum fata contineant, et habeantur arcani, ceterarum autem fere omnium singulos exstare haberique vulgo, sed eos Sibyllinos velut uno nomine inscribi. Nisi quod Erythraea, quae Troici belli temporibus 25 fuisse perhibetur, nomen suum verum posuit in libro, aliarum confusi sunt. Hae omnes, de quibus dixi, Sibyllae, praeter Cumaeam, quam legi nisi a Quindecimviris non licet, unum Deum esse testantur, principem, conditorem, parentem, non ab 30 ullo generatum, sed a seipso satum, qui et fuerit a saeculis, et sit futurus in saecula, et idcirco solus coli debeat, solus timeri, solus a cunctis viventibus

honorari. Quarum testimonia, quia breviare non poteram, praetermisi, quae si desideras, ad ipsos tibi libros recurrendum est. Nunc reliqua persequamur.

CAP. VI.

Deus, quum sit aeternus et immortalis, sexu et successione non eget. Inst. i. 8.

Haec igitur tot ac tanta testimonia liquido perdo- 5 cent, unum esse regimen in mundo, unam potestatem, cujus nec origo excogitari, nec vis enarrari potest. Stulti ergo, qui de concubitu natos putant deos esse, quum ipsi sexus et corporum copulatio idcirco mortalibus a Deo data sint, ut per sobolis 10 successionem genus omne servetur. Immortalibus vero quid opus est aut sexu aut successione, quos nec voluptas nec interitus attingit? Illi ergo, qui dii putantur, quoniam et genitos esse tanquam homines et procreasse constat, mortales utique fu- 15 erunt; sed dii crediti sunt, quod, quum essent reges magni ac potentes, ob ea beneficia, quae in homines contulerant, divinos post obitum honores consequi meruerunt, positisque templis atque simulacris, memoria eorum tanquam immortalium retenta est at- 20 que celebrata.

CAP. VII.

Herculis vita facinorosa et mors. Inst. i. 9.

Sed quum sit omnibus fere gentibus persuasum deos esse, res tamen eorum gestae, quas tam poetae quam historici tradiderunt, homines [*fors.* homines 25 eos] fuisse declarant. Hercules per quae tempora fuerit, quis ignorat, quum idem et inter Argonautas navigaverit, et, expugnata Troja, Laomedontem Priami patrem ob perjurium interfecerit? Ab eo tempore paulo amplius quam mille et quingenti 30 computantur anni. Hic ne natus quidem honeste traditur, sed Alcmenae adulterio genitus, et ipse vitiis

genitoris addictus, nec foeminis unquam nec maribus abstinuit, orbemque totum non tam gloriae quam libidinis causa, nec tantum ad necandas belluas quantum ad serendos liberos, peragravit. Quumque 5 esset invictus, ab una tamen Omphale triumphatus est, cui clava et spolio leonis tradito, indutus ipse foeminea veste atque ad pedes mulieris abjectus, pensa quae faceret accepit. Idem postea instinctu furoris elatus, parvos liberos et uxorem Megaram 10 trucidavit. Postremo sumta Deianirae conjugis veste, quum difflueret ulceribus, doloris impatiens, rogum sibi in Oetaeo monte construxit, eoque se vivum cremavit. Sic efficitur, ut, etiamsi ob virtutem deus credi potuisset, ob haec tamen homo fuisse credatur. 15 [*fors.* cernatur *Davis.*].

CAP. VIII.

De Aesculapio, Apolline, &c. Inst. i. 10, 17.

Aesculapium Tarquitius tradit ex incertis parentibus natum, et ob id expositum, atque a venatoribus collectum, caninis uberibus educatum, Chironi 20 in disciplinam datum. Hic Epidauri moratus est, Cynosuris, ut Cicero ait, sepultus, quum esset ictu fulminis interemtus. Apollo autem pater ejus non dedignatus est alienum gregem pascere, ut acciperet uxorem, et dilectum puerum quum peremisset 25 imprudens, gemitus suos inscripsit in flore. Marti, viro fortissimo, adulterii crimen non defuit, siquidem catenis cum adultera vinctus spectaculo fuit. Castor et Pollux alienas sponsas non impune rapuerunt, quos Homerus non poetica sed simplici fide 30 mortuos sepultosque testatur. Mercurius, qui de stupro Veneris genuit Androgynum, deus esse meruit, quia lyram reperit et palaestram. Liber Pater,

debellata India, victor, quum Cretam forte venisset, Ariadnen conspexit in litore, quam Theseus et violaverat et reliquerat. Tum amore inflammatus eam sibi in conjugium sociavit, et coronam ejus, ut poetae ferunt, inter astra signavit. Mater [*fors.* Mater 5 magna *Vid. cap.* XXXIII.] ipsa post fugam et obitum viri quum in Phrygia moraretur, vidua et anus formosum adolescentem in deliciis habuit, et quia fidem non praestiterat, ademtis genitalibus, effoeminavit. Ideo etiam nunc Gallis sacerdotibus gaudet. 10

CAP. IX.

De Deorum turpitudinibus. Inst. i. 17.

Ceres unde Proserpinam nisi de stupro genuit? unde Latona geminos nisi ex crimine? Venus deorum et hominum libidinibus exposita, quum regnaret in Cypro, artem meretriciam reperit, ac mulieribus 15 imperavit, ut quaestum facerent, ne sola esset infamis. Ipsae illae virgines Minerva et Diana num castae? Unde igitur prosilivit Erichthonius? num in terram Vulcanus semen effudit, et inde homo tanquam fungus enatus est? Aut illa cur Hippo- 20 lytum, vel ad secretas sedes, vel ad mulierem relegavit [*Vid. Virg. Aen.* VII. 776.], ubi solus inter ignota nemora aetatem exigeret, et, jam mutato nomine, Virbius vocaretur? Quid haec significant, nisi incestum, quod poetae non audent confiteri? 25

CAP. X.

De Jove, et vita ejus libidinosa. Inst. i. 11.

Horum autem omnium rex et pater Jupiter, quem tenere in coelo summam credunt potestatem, quid habuit potestatis, [*fors.* pietatis, *Davis.*] qui Saturnum patrem regno expulit, et armis fugientem 30 persecutus est? quid continentiae, qui omnia libi-

dinum genera exercuit? Nam idem Alcmenam Ledamque summis viris nuptas adulterio fecit infames, idem pulchritudine pueri captus, venantem ac virilia meditantem, ad foemineos usus violenter abripuit.
5 Quid virginum stupra commemorem, quarum multitudo quanta fuerit, filiorum numerus ostendit? In una tamen Thetide abstinentior fuit; erat enim praedictum, quod is, quem paritura esset, major patre suo futurus esset. Pugnavit ergo cum amore,
10 ne quis se major nasceretur. Sciebat ergo, se non esse perfectae virtutis, magnitudinis, potestatis, qui, quod ipse patri fecerat, timuit. Cur igitur maximus optimus [*fors.* optimus maximus *Davis.*] nominatur? quum se et peccatis contaminaverit, quod est
15 injusti ac mali, et majorem timuerit, quod est imbecilli ac minoris.

CAP. XI.

Emblemata varia, quibus Jovis turpitedines velarunt Poetae. Inst. i. 11.

Sed dicet aliquis ficta haec esse a poetis. Non est hoc poeticum sic fingere, ut totum mentiare, sed
20 ut ea, quae gesta sunt, figura et quasi velamine aliquo versicolore praetexas. Hunc habet poetica licentia modum, non ut totum fingat, quod est mendacis et inepti, sed ut aliquid cum ratione commutet. In imbrem se aureum vertisse dixerunt, ut
25 Danaen falleret. Quis est imber aureus? Utique aurei nummi, quorum magnam copiam offerens, et in sinum infundens, fragilitatem virginalis animi hac mercede corrupit. Sic et imbrem ferreum dicunt, quum volunt multitudinem significare telo-
30 rum. Catamitum in aquila rapuit. Quae est aquila? Legio scilicet, quoniam figura hujus animalis insigne legionis est. Europam transvexit in tauro. Quis est taurus? Utique navis, quae tutelam habuit

tauri specie figuratam. Sic Inachi filia non utique bos facta transnavit, sed ejusmodi navigio iram Junonis effugit, quod habebat bovis formam. Denique quum in Aegyptum delata esset, Isis est facta, cujus navigium certo quodam die in memoriam fugae 5 celebratur.

CAP. XII.

Poetae, ea quae ad Deos spectant, non omnia fingunt. Inst. i. 10, 11.

Vides ergo, non omnia poetas confinxisse, et [*fors.* sed *Davis.*] quaedam praefigurasse, ut, quum vera dicerent, aliquid tale numinis [*fors.* velaminis] ad- 10 derent iis quos deos esse dicebant, sicut etiam de regnis; quum enim dicunt Jovem coeli regnum sorte tenuisse, aut Olympum montem significant, in quo Saturnum, et Jovem postmodum, habitasse veteres historiae produnt, aut partem Orientis, quae sit quasi 15 superior, quod inde lux nascitur; Occidentis autem velut inferior, et ideo Plutonem inferos esse sortitum; mare vero cessisse Neptuno, quod oram maritimam cum omnibus insulis obtinuerit. Multa sic poetae colorant, quod qui nesciunt, tanquam men- 20 daces eos arguunt; verbo duntaxat, nam re quidem credunt, quoniam deorum simulacra sic fingunt, ut, quum mares ac foeminas faciant, et alios conjuges, alios parentes, alios liberos fateantur, poetis utique assentiunt [*fors.* assentiant *Davis.*]; haec enim sine 25 coitu et generatione esse non possunt.

CAP. XIII.

Facta Jovis in Euhemero. Inst. i. 11.

Sed omittamus sane poetas. Ad historiam veniamus, quae simul et rerum fide et temporum nititur vetustate. Euhemerus fuit Messenius, antiquissi- 30 mus scriptor, qui de sacris inscriptionibus veterum templorum et originem Jovis, et res gestas omnem-

que progeniem collegit; item ceterorum Deorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, sepulchra etiam persecutus est. Quam historiam vertit Ennius in Latinam, cujus haec verba sunt: 'Haec ut 5 'scripta sunt, Jovis fratrumque ejus stirps atque 'cognatio; in hunc modum nobis ex sacra scrip- 'tione traditum est.' Idem igitur Euhemerus Jovem tradit, quum quinquies orbem circumivisset, et amicis suis atque cognatis distribuisset imperia, le- 10 gesque hominibus, multaque alia bona fecisset, immortali gloria memoriaque affectum sempiterna, in Creta vitam commutasse, atque ad deos abiisse, et sepulchrum ejus esse in Creta, in oppido Gnosso, et in eo scriptum antiquis litteris Graecis ZAN KPO- 15 NOY, quod est Jupiter Saturni. Constat ergo, ex iis quae retuli, hominem fuisse, in terramque [*corr.* terraque, *Davis.*] regnasse.

CAP. XIV.

Saturni et Urani gesta. Inst. i. 11, 12, 13.

Transeamus ad superiora, ut originem totius er- 20 roris deprehendamus. Saturnus coelo et terra traditur natus. Hoc utique incredibile est. Sed cur ita tradatur, ratio certa est, quam qui ignorat, tanquam fabulam respuit. Saturni patrem Uranum fuisse vocitatum, et Hermes auctor est, et sacra his- 25 toria docet. Trismegistus paucos admodum fuisse quum diceret perfectae doctrinae viros, in iis cognatos suos enumeravit, Uranum, Saturnum, Mercurium. Euhemerus eundem Uranum primum in terram [*fors.* terra *Davis.*] regnasse commemorat his 30 verbis: 'Initio primus in terris imperium summum 'Coelus habuit, is id regnum una cum fratribus suis 'sibi instituit atque paravit.'

Heic in Cod. MS. plura deficiunt: duo certe, ut

arbitror, folia. Nec vox paravit *tota exstat, sed solum* para *sub finem paginae.* [*Pfaffius, primus editor, haec posuit.*] *Sequitur:*
hominum stultam benevolentiam et errorem [*fors. vel* stulta benevolentia et errore, *vel*, per stultam &c.] 5
divinitas attributa sit.

CAP. XX.

De Diis Romanorum propriis. Inst. i. 20.

Dixi de religionibus quae sunt communes omnium gentium. Dicam nunc de diis quos Romani proprios habent. Faustuli conjugem Romuli Re- 10 mique nutricem, cujus honori Larentinalia sunt dicata, vulgati fuisse corporis quis ignorat? Et idcirco Lupa nuncupata est, et in ferae speciem figurata. Faula quoque et Flora meretrices erant, quarum altera Herculis fuit scortum, sicut Verrius tradit, 15 altera, quum magnas opes corpore quaesivisset, populum scripsit haeredem, et ideo in honorem ejus ludi Floralia celebrantur. Tatius muliebre simulacrum in cloaca maxima repertum consecravit, et deam Cloacinam nuncupavit. Obsessi a Gallis Ro- 20 mani ex mulierum capillis tormenta fecerunt, et ob id Veneri Calvae aram templumque posuerunt; item Pistori Jovi, quod eos monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem facerent, et supra hostes jacerent, quo facto desperantes Galli posse inopia Ro- 25 manos subigi, ab obsidione discesserant. Pavorem ac Pallorem Tullus Hostilius deos fecit. Colitur et Mens, quam, credo, si habuissent, nunquam colendam putassent. Honorem atque Virtutem Marcellus invenit. 30

CAP. XXI.

De Sacris

Sed et alios ejusmodi commentitios deos senatus

instituit, Spem, Fidem, Concordiam, Pacem, Pudicitiam, Pietatem, quae omnia, quum in animis hominum esse vera deberent, intra parietes falsa posuerunt. Hos tamen, quamvis extra hominem in nulla 5 sint omnino substantia, mallem potius coli, quam Rubiginem, quam Febrem, quae non sacranda sunt sed exsecranda, quam Fornacem cum suis Fornacalibus sacris, quam Stercutum, qui fimo pinguefacere terram primus ostendit, quam Deam Mutam, quae 10 Lares genuit, quam Cuninam, quae cunis infantium praeest, quam Cacam, quae ad Herculem de furto boum detulit, ut occideret fratrem; quam multa sunt [sunt *delet. Davis.*] alia portenta atque ludibria, de quibus piget dicere. Terminum tamen non libet 15 praeterire, quia ne Jovi quidem Capitolino cessisse traditur, quum lapis esset informis. Hunc finium putant habere custodiam, eique publice supplicatur, ut 'Capitoli immobile saxum' Romani imperii fines et conservet et proroget.

Deorum Romanorum. Inst. i. 20.

20

CAP. XXII.

Has omnes ineptias primus in Latio Faunus induxit, qui et Saturno avo cruenta sacra constituit, et Picum fratrem tanquam deum coli voluit, et Fatuam Faunam conjugem sororemque inter deos 25 conlocavit, ac Bonam Deam nominavit. Deinde Romae Numa, qui agrestes illos ac rudes viros superstitionibus novis oneravit, sacerdotia instituit, deos familiis gentibusque distribuit, ut animos ferocis populi ab armorum studiis avocaret. Ideo 30 Lucilius deridens ineptias istorum, qui vanis superstitionibus serviunt, hos versus posuit:

De Sacris introductis a Fauno et Numa. Inst. i. 22.

> Terriculas lamias Fauni quas Pompiliique
> Instituere Numae, tremit has, hic omnia ponit.

> Ut pueri infantes credunt, signa omnia ahena
> Vivere et esse homines; sic isti omnia ficta
> Vera putant, credunt signis cor inesse in ahenis;
> Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Tullius quoque de Natura Deorum 'commentitios ac 5
'fictos deos' queritur inductos, et hinc exstitisse 'falsas opiniones, erroresque turbulentos, et superstitiones paene aniles.' Quae sententia eo debet gravior comparari, [*fors.* computari, *Davis.*], quod haec disseruit et philosophus et sacerdos. 10

CAP. XXIII.

De Diis et Sacris Barbarorum. Inst. i. 21.

Diximus de diis, nunc de ritibus sacrorum cultu-risque dicemus. Jovi Cyprio, sicut Teucrus instituerat, humana hostia mactari solebat. Sic et Tauri Dianae hospites immolabant, Latiaris quoque Jupi- 15 ter humano sanguine propitiatus est. Etiam ante Saturno sexagenarii homines ex persona [*fors.* responso *Davis. ex Lactant. Div. Inst.* I. 21.] Apollinis de ponte in Tiberim dejiciebantur. Et eidem Saturno Carthaginienses non modo infantes prosecrabant, sed victi 20 a Siculis, ut piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolarunt. Nec illa his humaniora sunt, quae fiunt etiam nunc Matri Magnae atque Bellonae, in quibus antistites non alieno sanguine, sed suo litant, cum amputatis genitalibus a viris migrant, nec ad 25 foeminas transeunt, aut sectis humeris detestabiles aras proprio cruore respergunt. Sed haec crudelia. Veniamus ad mitia. Isidis sacra nihil aliud ostendunt, nisi quemadmodum filium parvum, qui dicitur Osiris, perdiderit et invenerit. Nam primo sacer- 30 dotes ac ministri, derasis omnibus membris, tunsisque pectoribus, plangunt, dolent, quaerunt, affectum ma-

tris imitantes: postmodum puer per Cynocephalum invenitur. Sic luctuosa sacra laetitia terminantur. His etiam Cereris simile mysterium est, in quo, facibus accensis, per noctem Proserpina inquiritur, 5 et, ea inventa, ritus omnis gratulatione ac taedarum jactatione finitur. Lampsaceni asellum Priapo mactant: ea enim visa est aptior victima, quae ipsi, cui mactatur, magnitudine virilis obscoeni posset aequari. Lindos est oppidum Rhodi, ubi Herculis sacra ma-10 ledictis celebrantur. Hercules enim quum boves aratori abstulisset atque immolasset, ille injuriam suam convitiis ultus est, eoque ipso sacerdote postmodum constituto, sanctum est, ut iisdem maledictis et ipse et alii postea sacerdotes sacra celebrarent. Cretici 15 autem Jovis mysterium est, quomodo infans aut subtractus sit patri, aut educatus. Capella praesto est, cujus uberibus puerum Amalthea nutrivit. Idem etiam Matris Deum sacra demonstrant: nam quia tum Corybantes galearum tinnitibus et scutorum 20 pulsibus vagitum pueri texerant, nunc imago rei refertur in sacris; sed pro galeis cymbala, pro scutis tympana feruntur, ne puerum vagientem Saturnus exaudiat.

CAP. XXIV.

De origine Sacrorum. Inst. i. 22, 23.

25 Haec sunt mysteria deorum. Nunc etiam originem religionum requiramus, ut et a quibus et per quae tempora institutae fuerint eruamus. Didymus in iis libris, qui inscribuntur Ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, Melissea fuisse tradit Cretensium regem, cujus filiae 30 fuerint Amalthea et Melissa, quae Jovem nutrierint caprino lacte ac melle; hunc novos ritus ac pompas sacrorum introduxisse, et primum diis sacrificasse, id est Vestae, quae dicitur Tellus; unde Poeta

——— primamque deorum
Tellurem [OVID. FAST. VI 207.]

et postmodum Deum Matri. Euhemerus autem in sacra historia ipsum Jovem dicit, postquam imperium ceperit, sibi multis in locis fana posuisse. 5 Nam circuiens orbem, ut quemque in locum venerat, principes populorum amicitia sibi et hospitii jure sociabat. Cujus rei ut posset memoria servari, fanum sibi creari jubebat atque ab hospitibus suis annua festa celebrari. Sic per omnes terras cultum 10 sui nominis seminavit. Quando autem isti fuerint, facile colligi potest. Scribit enim Thallus in historia sua, Belum regem Assyriorum, quem Babylonii colunt, quique Saturni fuerit aequalis et amicus, antiquiorem fuisse Troico bello annis CCCXXII, et sunt 15 ab Ilio capto anni M.CCCCLXX. Unde apparet, non amplius quam M.DCCC esse annos, ex quo, novis Deorum cultibus institutis, humanum genus inciderit in errorem.

CAP. XXV. 20

De Aureo Saeculo, de simulacris et Prometheo. Inst. ii. 1–4.

Merito igitur poetae commutatum esse aureum saeculum memorant, quod fuerit regnante Saturno. Nulli enim tunc dii colebantur, sed unum et solum Deum noverant. Postquam se terrenis ac fragilibus subjugaverunt, colentes ligna et aera et lapides, com- 25 mutatio saeculi facta est usque ad ferrum. Amissa enim Dei notitia, et uno illo vinculo humanae societatis abrupto, vastare se invicem, praedari, ac debellare coeperunt. Quod si sursum oculos suos tollerent, ac Deum intuerentur, qui eos ad adspectum 30 coeli suique excitavit, nunquam se servos et humiles facerent terrena venerando, quorum stultitiam Lucretius graviter incusat, dicens:

Et faciunt [Efficiunt. *Lucret.* VI. 51.] animos humiles formidine divum,
Depressosque premunt ad terram,

qua reddunt. Nec [*fors.* repunt, nec *Clericus*] intelli-
5 gunt quam vanum sit ea timere, quae feceris, aut ab his aliquod sperare praesidium, quae muta et insensibilia nec vident nec audiunt supplicantem. Quid ergo majestatis aut numinis habere possunt, quae et fuerunt in hominis potestate, ne fierent, aut ut aliud
10 fierent, et sunt etiam nunc? Nam et violari et furto sublati [*fors.* subtrahi *Dufresn.*] possunt, nisi illa et lex sepiat et humana custodia. Num igitur mentis suae compos videri potest, qui talibus optimas [*fors.* opimas *Pfaffius*] victimas caedit, dona consecrat,
15 pretiosas vestes offert, quasi uti possunt, qui motu carent? Merito ergo Dionysius Siciliae tyrannus deos Graeciae, quum eam victor occupasset, spoliavit atque derisit, et post sacrilegia quae admiserat ad Siciliam prospera navigatione remeavit, regnumque
20 tenuit usque ad senectutem, nec eum dii violati puniri potuerunt. Quanto satius est, spretis inanibus, ad Deum se [*fors.* te] convertere, tueri statum, quem a Deo acceperis, tueri nomen! Idcirco enim ἄνθρωπος, quia sursum spectat, nominatur: sursum
25 autem spectat, qui Deum verum et vivum, qui est in coelo, suspicit, qui artificem, qui parentem animae suae non modo sensu ac mente, verum etiam vultu et oculis sublimibus quaerit. Qui autem se terrenis humilibusque substernit, utique illud, quod est in-
30 ferius, sibi praefert. Nam, quum ipse opus Dei sit, simulacrum autem opus hominis, non potest humanum opus divino anteponi. Et sicut Deus hominis parens est, ita simulacri homo. Stultus igitur et

amens, qui adorat, quod ipse fabricavit; cujus artificii detestabilis et inepti auctor fuit Prometheus, patruo Jovis Iapeto natus. Nam quum primum Jupiter, summo potitus imperio, tanquam deum se constituere vellet, ac templa condere, et quaereret 5 aliquem qui humanam figuram posset exprimere, tunc Prometheus exstitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita verisimiliter, ut novitas ac subtilitas artis miraculo esset. Denique illum et sui temporis homines, et postea poetae, tanquam 10 fictorem veri ac vivi hominis prodiderunt, et [*fors.* ut *Davis.*] nos, quoties fabrefacta signa laudamus, vivere illa et spirare dicimus. Et hic quidem auctor fuit fictilium simulacrorum. Sequentes autem posteri et de marmore sculpserunt, et ex aere fude- 15 runt; deinde processu temporum ex auro et ebore accessit ornatus, ut non modo similitudines oculos hominum, verum etiam fulgor ipse praestringeret. Sic illecti pulchritudine, ac verae majestatis obliti, insensibilia sentientes, irrationabilia rationabiles, ex- 20 anima viventes colenda sibi ac veneranda duxerunt.

CAP. XXVI.

De Elementorum et Astrorum Cultu. Inst. ii. 5.

Nunc refellamus eos etiam, qui elementa mundi tanquam deos habent, id est, coelum, solem, atque lunam, quorum artificem non cognoscentes, ipsa 25 opera mirantur et adorant. Qui error non imperitorum modo, verum etiam philosophorum est; siquidem Stoici universa coelestia in deorum numero habenda censent, quia certos et rationabiles motus habent, quibus succedentium sibi temporum vicissi- 30 tudines constantissime servant. Non est igitur in his voluntarius motus, quia praestitutis legibus ser-

viunt, non proprio utique sensu, sed opificio summi conditoris, qui illa sic ordinavit, ut inenarrabiles [*fors.* inerrabiles *Davis.*] cursus et certa spatia conficerent, quibus dierum ac noctium, aestatis et hyemis, 5 alterna variarent. Quod si effectus eorum, si meatus, si claritatem, si constantiam, si pulchritudinem admirantur, intelligere debuerunt, quanto his pulchrior et praeclarior et potentior sit ipse conditor atque artifex eorum Deus. Sed illi Divinitatem humanis vi- 10 sibus aestimaverunt, ignorantes nec aeternum esse posse, quod veniat sub aspectum, nec, quod sit aeternum, posse oculis mortalibus comprehendi.

CAP. XXVII.

De hominis creatione, peccato, et poena: et de Angelis tum bonis tum malis. Inst. ii. 7, 8–14.

Unum et ultimum restat, ut, quoniam plerumque 15 accidit, sicuti in historiis legimus, ut majestatem suam dii ostendisse videantur per auguria, per somnia, per oracula, tum etiam poenis eorum qui sacrilegia commiserant, doceam quae ratio id effecerit; ne quis etiam nunc in eosdem laqueos incidat, quos 20 illi veteres inciderunt. Quum Deus pro virtute majestatis suae mundum de nihilo condidisset, coelumque luminibus adornasset, terram vero et mare complesset animalibus, tum hominem, de limo ad imaginem similitudinis suae figuratum, inspiravit ad vi- 25 tam, posuitque eum in paradiso, quem conseverat omni genere fructiferi ligni, et praecepit ei, ne una ex arbore, in qua posuerat ei [*fors. delend.* ei *Davis.*] scientiam boni malique, gustaret, fore interminatus, ut vitam perderet, si fecisset; si vero mandatum 30 servaret, immortalis permaneret. Tum serpens, qui erat unus ex Dei ministris, invidens homini quod esset immortalis effectus, illexit eum dolo, ut man-

datum Dei legemque transcenderet. Et hoc modo scientiam quidem boni ac mali accepit, sed vitam, quam perpetuam Deus tribuerat, amisit. Ejecit ergo peccatorem de sancto loco, et in hunc orbem relegavit, ut victum quaereret per laborem, ut diffi- 5 cultates et aerumnas pro merito sustineret; ipsumque paradisum vallo igneo circumfudit, ne quis hominum ad diem usque judicii ad locum illum perpetuae beatitudinis conaretur irrepere. Tum secuta est hominem mors ex Dei sententia; et tamen vita ejus, 10 licet temporalis esse coepisset, in mille annis terminum sumsit, et id fuit humanae vitae spatium usque ad cataclysmi tempus; nam post diluvium paulatim vita hominum breviata, et ad annos centum viginti redacta est. Serpens vero ille, qui de factis, 15 diaboli, id est, criminatoris sive delatoris nomen accepit, non destitit semen hominis, quem a principio deceperat, persequi. Denique eum, qui primus in hoc orbe generatus est, inspirato livore, in caedem fratris armavit, ut de duobus primogenitis 20 hominibus alterum exstingueret, alterum faceret parricidam. Nec quievit deinceps, quo minus per singulas generationes pectoribus hominum malitiae virus infunderet, corrumperet, depravaret, tantis denique sceleribus obrueret, ut justitiae jam rarum esset 25 exemplum, sed viverent homines ritu belluarum. Quod Deus quum videret, angelos suos misit, ut vitam hominum excolerent, eosque ab omni malo tuerentur. His mandatum dedit, ut se terrenis abstinerent, ne qua labe maculati, honore angelico 30 mulctarentur. Sed eos quoque idem ille subdolus criminator, dum inter homines commorantur, illexit ad voluptates, ut se cum mulieribus inquinarent.

Tum damnati sententia Dei, et ob peccata projecti, et nomen angelorum et substantiam perdiderunt. Ita diaboli satellites facti, ut haberent solatium perditionis suae, ad perdendos homines converterunt, 5 quos ut tuerentur advenerant.

CAP. XXVIII.

De daemonibus et eorum operationibus malis. Inst. ii. 14–16.

Hi sunt daemones, de quibus poetae saepe in carminibus suis loquuntur, quos custodes hominum appellat Hesiodus. Ita enim persuaserunt hominibus, 10 illecebris atque fallaciis suis, ut eosdem deos esse crederent. Denique Socrates habere se a prima pueritia custodem rectoremque vitae suae daemonem praedicabat, sine cujus nutu et imperio nihil agere posset. Adhaerent ergo singulis, et sub nomine Ge-15 niorum aut Penatium domos occupant. His sacraria constituuntur, his quotidie libatur ut Laribus, his honos datur tanquam malorum depulsoribus; hi a principio, ut averterent homines a Dei veri agnitione, novas religiones et cultus deorum introduxe-20 runt; hi memorias regum mortuorum consecrari, templa constitui, simulacra fieri docuerunt, non ut honorem Dei minuerent, aut suum augerent, quem peccando amiserunt, sed ut vitam hominibus eriperent, spem verae lucis auferrent, ne homines, unde 25 illi exciderunt, ad immortalitatis coeleste praemium pervenirent. Iidem astrologiam prodiderunt, et auguratum, et aruspicinam, quae quum per se falsa sint, tamen ipsi, auctores malorum, sic ea gubernant, sic temperant, ut vera credantur. Ipsi etiam 30 magicae artis praestigias ad circumscribendos oculos repererunt; illorum adspiratione fit, ut quod sit, non esse, et, quod non sit, esse videatur; ipsi necy-

omantias, ipsi sortes et oracula, ut mentes hominum per ambiguos exitus mentita divinatione deludant. [*fors.* deluderent *Davis.*]. In templis vero et sacrificiis omnibus praesentes adsunt, et, prodigiis quibusdam fallacibus editis ad miraculum praesentium 5 sic homines circumveniunt, ut inesse numen simulacris et imaginibus credant. Irrepunt etiam corporibus ut spiritus tenues, vitiatisque membris morbos conciunt, quos sacrificiis votisque placati postmodum relaxent; somnia immittunt, aut plane terrores [*fors.* 10 plena terroris *Davis.*] ut ipsi rogentur, aut quorum exitus respondeant veritati, ut venerationem sui augeant. Nonnunquam etiam in sacrilegos edunt aliquid ultionis, ut quisquis viderit timidior ac religiosior fiat. Sic fraudibus suis obduxerunt humano 15 generi tenebras, ut oppressa veritate summi ac singularis Dei nomen in oblivionem veniret.

CAP. XXIX.

De Dei patientia et Providentia. Inst. ii. 17.

Sed dicit quispiam, 'Cur ergo verus ille Deus patitur haec fieri? an [*fors.* ac non *Davis.*] potius 20 'malos vel summovet vel exstinguit? Cur vero ipsi 'daemoni archon [*fors.* ipse daemoniarchen *Davis.*] 'a principio fecit, ut esset qui cuncta corrumperet, 'cuncta disperderet?' Dicam breviter, cur hunc talem esse voluerit. Quaero, utrumne virtus bonum 25 sit, an malum? Negari non potest quin bonum. Si bonum est virtus, malum est igitur e contrario vitium. Si vitium ex eo malum est quia virtutem impugnat, et virtus ex eo bonum est quia vitium affligit, ergo non potest virtus sine vitio consistere, 30 et, si vitium sustuleris, virtutis merita tollentur; nec enim potest ulla fieri sine hoste victoria. Ita fit,

ut bonum sine malo esse non possit. Vidit hoc Chrysippus, vir acris ingenii, de Providentia disserens, eosque stultitiae redarguit, qui bonum quidem a Deo factum putant, malum autem negant. Hujus 5 sententiam interpretatus est A. Gellius in libris Noctium Atticarum, [VI. I.] sic dicens: 'Quibus non 'videtur mundus Dei et hominum causa institutus, 'neque res humanae providentia gubernari, gravi 'se argumento uti putant, quum ita dicunt: Si esset 10 'providentia, nulla essent mala. Nihil enim minus 'aiunt providentiae congruere, quam in eo mundo, 'quem propter homines fecisse dicatur, tantam vim 'esse aerumnarum et malorum. Ad ea Chrysippus 'quum in libro περὶ προνοίας quarto dissereret, *Nihil* 15 '*prorsus*, inquit, *istis insulsius, qui opinantur bona* '*esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam quum* '*bona malis contraria sint, utraque necesse est oppo*'*sita esse inter se, et quasi mutuo adversoque fulta* '*nisu consistere. Nullum adeo contrarium est sine* 20 '*contrario altero. Quo enim pacto justitiae sensus* '*esse posset, nisi essent injuriae? aut quid aliud jus*'*titia est, quam injustitiae privatio? Quid item for*'*titudo non intelligi potest, nisi ex ignaviae adposi*'*tione; quid continentia, nisi ex intemperantiae. Quo* 25 '*item modo prudentia esset, nisi foret contraria im*'*prudentia? Proinde*, inquit, *homines stulti cur non* '*hoc etiam desiderant, ut veritas sit, et non sit men*'*dacium? Namque itidem sunt bona et mala, felicitas* '*et importunitas, voluptas et dolor. Alterum enim ex* 30 '*altero, sicut Plato ait, verticibus inter se contrariis* '*deligatum: si tuleris unum, abstuleris utrumque.*' Vides ergo id, quod saepe dixi, bonum et malum ita sibi esse connexa, ut alterum sine altero constare

non possit. Summa igitur prudentia Deus materiam virtutis in malis posuit, quae idcirco fecit, ut nobis constitueret agonem, in quo victores immortalitatis praemio coronaret.

CAP. XXX. 5

De falsa sapientia. Inst. ii. 18, 19; iii. 1, 2.

Docui, ut opinor, cultus deorum non modo impios, sed etiam vanos esse; vel quod homines fuerint, quorum memoria post obitum consecrata sit; vel quod simulacra ipsa insensibilia et surda sint, quia sunt ficta de terra, nec oportere hominem, qui 10 debeat spectare coelestia, terrenis se subjugare; vel quod spiritus, qui eas religiones sibi vindicant, incesti et impuri sint, et ideo Dei sententia condemnati ceciderint in terram; nec fas esse in eorum ditionem venire, quibus potior sis, si Deum verum 15 sequi velis. SUPEREST ut, quoniam de falsa religione diximus, etiam de falsa sapientia disseramus, quam philosophi profitentur, homines summa quidem doctrina et eloquentia praediti, sed longe a veritate summoti, quia nec Deum nec sapientiam 20 Dei cognoverunt. Qui licet sint arguti ac diserti, tamen, quia humana est eorum sapientia, etiam cum his congredi non verebor, ut appareat a veritate mendacium, a coelestibus terrena facile posse superari. Quid sit philosophia hoc modo definiunt: 'Phi- 25 'losophia est amor vel studium sapientiae.' Non est ergo ipsa sapientia, quia necesse est aliud esse, quod amat, aliud, quod amatur. Si studium est sapientiae, ne sic quidem philosophia sapientia est; sapientia enim res est ipsa quae quaeritur; studium vero, 30 quod quaerit. Ipsa igitur definitio, vel nominis significatio, declarat philosophiam non esse ipsam

sapientiam. Dicam, ne studium quidem esse sapientiae, quo sapientia non comprehenditur. Quis enim studere dicatur ei rei, quam nullo modo possit attingere? Qui medicinae, aut grammaticae, aut ora-
5 toriae studet, studiosus ejus artis, quam discit, dici potest; ubi didicit, jam medicus, jam grammaticus, jam orator dicitur. Sic oportuit et studiosos sapientiae, postquam didicissent, sapientes nominari. Quum autem studiosi sapientiae, quamdiu vivant,
10 vocentur, apparet illud studium non esse, quod [*fors.* quo] ad ipsam rem, quae studio petitur, non potest perveniri; nisi forte qui ad finem usque vitae, ut sapiant, student, apud inferos sapientes erunt. Omni autem studio subjacet finis. Non est igitur id stu-
15 dium rectum, quod non habet finem.

CAP. XXXI.

De scientia et opinatione. Inst. iii. 3.

Praeterea duo sunt, quae cadere in philosophiam videntur, scientia et opinatio, quae si auferantur, tota philosophia corruit. Atqui utrumque philoso-
20 phiae ipsi philosophorum principes ademerunt. Scientiam Socrates, opinationem sustulit Zeno. Videamus an recte. Sapientia est, ut Cicero definivit, 'divinarum et humanarum rerum scientia:' quae definitio si vera est, non cadit in hominem sapientia.
25 Quis enim mortalium hoc sibi possit assumere, ut divina et humana scire se profiteatur? Humana omitto, quae quamquam cum divinis connexa sunt, tamen quia sunt hominis, concedamus ut homo illa scire possit. Divina certe per se scire non potest,
30 quia homo est; qui autem scit illa, divinus sit necesse est, ac propterea Deus. Homo autem nec divinus, nec Deus est. Non potest igitur per scire

[*fors.* per se scire *Davis.*] homo divina. Nemo ergo sapiens, nisi Deus, aut certe is homo quem Deus docuit. Illi autem, quia nec dii sunt, nec a Deo docti, sapientes ergo, id est, divinarum et humanarum rerum scientes, esse non possunt. Recte 5 igitur a Socrate atque Academicis scientia sublata est. Opinatio quoque non congruit sapienti. Id enim quisque opinatur quod ignorat. Opinari autem scire te, quod ignores, temeritas ac stultitia est. Recte igitur opinatio a Zenone sublata est. Si ergo 10 scientia in homine nulla est, et opinatio esse non debet, philosophia radicitus amputatur.

CAP. XXXII.

De Philosophorum sectis ac dissensione. Inst. iii. 4.

Huc accedit, quod non est uniformis, sed divisa in sectas, et in multas discrepantesque sententias 15 dissipata, statum non habet. Quum enim singulae alias omnes impugnent et affligant, nec sit aliqua ex iis, quae non, judicio ceterarum, stultitiae condemnetur, utique discordantibus membris corpus omne philosophiae ad interitum deducitur. Hinc 20 Academia postmodum nata est. Nam quum viderent ejus sectae principes omnem philosophiam, philosophis invicem [*fors.* se invicem *Davis.*] oppugnantibus, esse subversam, susceperunt adversus omnes bellum, ut omnia omnium dissolverent, nihil 25 ipsi asserentes, nisi unum, nihil sciri posse. Ita, sublata scientia, philosophiam veterem subruerunt. Sed ne ipsi quidem philosophorum nomen retinuerunt, qui ignorantiam fatebantur; quia nescire omnia non modo philosophi, sed ne hominis quidem, 30 sit. Ita philosophi, quia nihil munimenti habent, [*h. e.* scuti, Conf. Div. Inst. III. 3.] mutuis se vul-

neribus exstinguant [*fors.* exstinguunt *Heuman.*], et ipsa tota philosophia suis se armis consumat ac finiat. [*fors.* consumit ac finit *Heuman.*] At enim sola physice labat. Quid illa moralis? Num aliqua 5 firmitate subnixa est? Videamus, an philosophi in hac saltem parte consentiant, quae ad vitae statum pertinet.

CAP. XXXIII.

Quod summum bonum sit in vita quaerendum. Inst. iii. 7, 8.

Quod sit in vita summum bonum quaeri necesse 10 est, ut ad illud vita omnis et actiones nostrae dirigantur. Quum de hominis summo bono quaeritur, tale constitui debet, primum, ut id ad hominem solum pertineat, deinde, ut animi sit proprium, postremo, ut virtute quaeratur. Videamus ergo, an 15 summum bonum, quod philosophi determinant, tale sit, ut nec mutum animal nec corpus attingat, nec possit sine virtute conquiri. Aristippus, Cyrenaicae sectae conditor, qui summum bonum esse censuit corporis voluptatem, de numero philosophorum de- 20 que coetu hominum propellendus est, quia se pecudi comparavit. Hieronymi summum bonum est nihil dolere, Diodori, dolere desinere. Sed ceterae animantes dolorem fugiunt, et, quum non dolent, aut dolere desinunt, gaudent. Quid igitur homini dabi- 25 tur eximium, si bonum ejus summum commune cum belluis judicatur? Zeno summum bonum putavit, cum natura congruenter vivere. At haec definitio generalis est. Omnes enim animantes cum natura congruenter vivunt, et est sua cuique natura. 30 Epicurus animi asseruit voluptatem. Quid est voluptas animi, nisi gaudium, quo plerumque luxuriat animus, ac relaxatur vel ad lusum vel ad risum? Sed hoc bonum etiam muta contingit, quae, quum

pabulis saturata sunt, in gaudium et lasciviam resolvuntur. Dinomachus et Callipho honestam voluptatem probaverunt, sed aut idem dixerunt quod Epicurus, ut corporis sit voluptas inhonesta, aut si corporis voluptates, alias turpes, alias honestas 5 putaverunt, jam non est summum bonum quod corpori adscribitur. Peripatetici ex bonis animi et corporis et fortunae summum bonum conflant. Animi bona probari possunt. Sed si auxilio indigent ad complendam beatitudinem, utique imbecilla 10 sunt. Corporis vero atque fortunae non sunt in hominis potestatem, nec jam summum bonum est, quod aut corpori aut extra positis assignatur; quia et pecudes attingit hoc duplex bonum, quibus opus est, ut et bene valeant, et victu non indigeant. 15 Stoici aliquanto melius sensisse creduntur, qui summum bonum virtutem esse dixerunt. Sed virtus non potest esse summum bonum, quoniam, si malorum laborumque tolerantia est, beata per se non est, sed efficere aut [*fors.* et *Davis.*] procreare sum- 20 mum bonum debet; quia perveniri ad illud sine difficultate ac labore maximo non potest. At vero Aristoteles longe a ratione aberravit, qui honestatem virtuti copulavit; quasi aliquando virtus aut ab honestate secerni, aut turpitudini posset adjungi. 25 Herillus Pyrrhonius scientiam fecit summum bonum. Haec quidem et hominis et animi solius est, sed potest sine virtute contingere. Nec enim beatus putandus est, qui vel auditu aliquid didicerit, vel parva [*fors.* prava] lectione cognoverit; nec est 30 summi boni definitio, quia potest esse aut rerum malarum aut certe inutilium scientia. Et si sit bonarum et utilium, quam labore sis assecutus,

summum tamen bonum non est, quia non propter se expetitur scientia, sed propter aliud. Nam idcirco artes discuntur, ut sint nobis aut victui, aut gloriae, aut etiam voluptati, quae utique summa 5 bona esse non possunt. Ergo ne in ethica quidem philosophi regulam tenent; quandoquidem in ipso cardine, id est, in ea disputatione qua vita formatur, inter se pugnant; nec enim possunt paria esse aut similia praecepta, quum alii forment ad voluptatem, 10 alii ad honestatem, alii vero ad naturam, alii ad scientiam, alii ad quaerendas, alii ad fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii ad patientiam malorum; in quibus omnibus, sicut superius ostendi, a ratione declinant, quia Deum nesciunt.

15 CAP. XXXIV.

Quod ad justitiam nati sunt homines. Inst. iii. 10, 11.

Videamus nunc, quod [quid sit summum bonum, *fors. haec delenda*] sit propositum sapienti summum bonum. Ad justitiam nasci homines non modo literae sacrae docent, verum etiam idem ipsi philoso-20 phi nonnunquam fatentur. Cicero sic ait [Leg. I. 10]. 'Sed omnium quae in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, 'quam plane intelligi nos ad justitiam esse natos.' Est hoc verissimum. Nec enim ad scelus nascimur, 25 quum simus animal sociale atque commune. Ferae ad saevitiam gignuntur; aliter enim nequeunt quam praeda et sanguine victitare. Eaedem tamen, etsi ultima fames urgeat, nihilominus generis sui animalibus parcunt. Idem faciunt et aves, quas alio-30 rum visceribus pasci necesse est. Quanto magis hominem, qui cum homine et commercio linguae et communione sensus copulatus est, parcere homini

oportet, eumque diligere! Haec est enim justitia. Sed quoniam soli homini sapientia data est, ut Deum intelligat, et haec sola hominis mutorumque distantia est, duobus officiis obstricta est ipsa justitia. Unum Deo debet ut patri, alterum homini 5 velut fratri. Ab eodem enim Deo geniti sumus. Merito ergo ac recte dictum est, sapientiam esse divinarum et humanarum rerum scientiam. Oportet enim scire nos quid Deo, quid homini debeamus, Deo scilicet religionem, homini charitatem. Sed il- 10 lud superius sapientiae, hoc posterius virtutis est; et utrumque justitia comprehendit. Si ergo constat ad justitiam nasci hominem, necesse est justum malis esse subjectum, ut virtutem, qua est praeditus, in usu habeat; virtus enim malorum susti- 15 nentia est. Voluptates fugiet ut malum; opes contemnet, quia fragiles sunt; si habuerit, dilargietur, ut miseros servet; honores non appetet, quia sunt breves et caduci; injuriam nulli faciet; si fuerit passus, non retribuet, et diripientem sua non perse- 20 quetur, nefas enim judicabit hominem laedere; et si quis exstiterit qui cogat desciscere a Deo, nec cruciatus nec mortem recusabit. Ita fiet, ut eum necesse sit et inopem, et humilem, et in contumeliis, aut etiam cruciatibus vivere. 25

CAP. XXXV.

Quod immortalitas sit summum bonum. Inst. iii. 12–16.

Quis igitur erit fructus justitiae atque virtutis, si nihil habebit in vita nisi malum? Quod si virtus, quae bona omnia terrena contemnit, mala universa sapientissime perfert, ipsamque mortem pro officio 30 suscipit, sine praemio esse non potest; quid superest nisi [*fors.* nisi ut *Davis.*] merces ejus immortalitas

sola sit? Nam si cadit in hominem beata vita, ut philosophi volunt, in eo solo non dissidentes, cadit ergo et immortalitas. Id enim solum beatum est quod incorruptum, id solum incorruptum quod 5 aeternum. Immortalitas ergo est summum bonum, quia et hominis, et animi, et virtutis est tantum. Ad hanc dirigimur, ad hanc capiendam nati sumus. Idcirco nobis Deus virtutem justitiamque proponit, ut aeternum illud praemium nostris laboribus asse- 10 quamur. De ipsa vero non mortalitate [*fors.* immortalitate *Heuman.*] suo loco disseremus. Restat λογικὴ philosophia, quae ad beatam vitam nihil confert: sapientia enim non in sermonis ornatu, sed in corde atque sensu. Quod si et physica supervacua est, et 15 haec logica; in ethica vero, quae sola necessaria est, philosophi erraverunt, qui [*fors.* quia *Davis.*] summum bonum nullo modo invenire potuerunt; inanis igitur et inutilis omnis philosophia reperitur, quae nec rationem hominis comprehendere, nec officium 20 potuit munusque complere.

CAP. XXXVI.

De Epicuro et Pythagora. Inst. iii. 17, 18.

Quoniam de philosophia dixi breviter, nunc etiam de philosophis pauca dicam. Epicuri doctrina haec est inprimis, nullam esse providentiam; et idem 25 deos esse non abnuit. Utrumque contra rationem. Sed si sunt dii, est igitur providentia. Aliter enim Deus intelligi non potest, cujus est proprium providere. 'Nihil,' inquit, 'curat.' Ergo non modo humana, sed ne coelestia quidem curat. Quomodo 30 igitur, aut unde esse illum affirmas? exclusa enim providentia curaque divina, consequens erat ut non esse omnino Deum diceres. Nunc eum verbo reli-

quisti, re sustulisti. Unde ergo rerum natura est, si Deus nihil curat? 'Semina,' inquit, 'sunt minuta, 'quae nec videri, nec tangi possunt, quorum coitu 'fortuito et orta sunt omnia, et semper oriuntur.' Si nec videntur, nec ulla corporis parte sentiuntur, 5 unde esse illa scire potuisti? Deinde si sunt, qua mente conveniunt ut aliquid efficiant? Si sunt laevia, cohaerere non possunt: si hamata et angulata, ergo secabilia sunt. Hami enim et anguli exstant et possunt amputari. Sed haec delira et inutilia. 10 Quid, quod idem animas exstinguibiles facit? Quem refellunt non modo philosophi omnes et publica persuasio, verum etiam responsa vatum, carmina Sibyllarum, ipsae denique divinae voces Prophetarum; ut mirum sit exstitisse unum Epicurum, qui cum 15 pecoribus ac belluis sortem hominis aequaret. Quid Pythagoras, qui primus est philosophus nominatus, qui animas quidem immortales esse [*fors.* esse asserit], in alia tamen corpora vel pecudum, vel avium, vel bestiarum commeare. Non satius fuerat eas 20 cum suis corporibus exstingui, quam sic ad aliena damnari? satius omnino non esse, quam post hominis formam, vel suem vel canem vivere? Et homo ineptus, ut fidem dicto adderet, seipsum Trojano bello Euphorbum fuisse dixit, quo occiso, in 25 alias figuras animalium transiisse, post rem [*fors.* postremo *Pfaffius*] Pythagoram factum. O felicem, cui soli tanta memoria concessa est! vel potius infelicem, cui translato in pecudem non licuit nescire quid fuerit! Atque utinam solus delirasset. Invenit 30 etiam, qui crederent, et quidem indoctos [*fors.* non indoctos *Buneman.*] homines, ad quos stultitiae transiret haereditas.

CAP. XXXVII.

De Socrate et ejus contradictione. Inst. iii. 18, 20.

Post hunc Socrates philosophiae tenuit principatum, sapientissimus etiam oraculo dictus, quia se fatebatur unum scire, quod nihil sciret. Cujus ora-
5 culi auctoritate abstinere se physicos oportebat, ne aut quaererent ea quae scire non poterant, aut scire se putarent quae ignorabant. Videamus tamen an sapientissimus Socrates, sicut Pythius praedicavit. Usurpabat hoc saepe proverbium, 'Quod supra nos,
10 'nihil ad nos pertinere.' Jam excessit sententiae [*fors.* scientiae *Davis.*] suae terminos; nam, qui unum se scire dicebat, [*fors. supplend.* quod nihil sciret, *Pfaffius*] aliud invenit, quod tanquam sciens diceret; sed id frustra. Nam et Deus, qui utique supra
15 nos est, quaerendus est, et religio suscipienda, quae sola nos discernit a belluis; quam quidem Socrates non modo repudiavit, verum etiam derisit, per anserem canemque jurando; quasi vero per Aesculapium non posset, cui voverat gallum. En sapientis
20 viri sacrificium! Et quia eum prosecrare ipse non potuit, amicos moriturus oravit, ut post se [*fors.* pro se *Davis.*] solverent votum, scilicet ne apud inferos velut debitor teneretur. Hic profecto et pronunciavit, quod nihil scierit, et probavit.

25

CAP. XXXVIII.

De Platone, cujus doctrina ad veritatem propius accedit. Inst. iii. 21.

Hujus auditor Plato, quem 'deum philosophorum' Tullius nominat, qui solus omnium sic philosophatus est ut ad veritatem propius accederet, tamen, quia Deum ignoravit, in multis ita lapsus est ut nemo
30 deterius erraverit, inprimis quod in libris civilibus omnia omnibus voluit esse communia. De patrimoniis tolerabile est, licet sit injustum; nec enim

aut abesse cuiquam debet, si sua industria plus habet, aut prodesse, si sua culpa minus. Sed, ut dixi, potest aliquo modo ferri. Etiamne conjuges, etiamne liberi, communes erunt? Non erit sanguinis ulla distinctio, nec genus certum, nec familiae, nec cogna- 5 tiones, nec affinitates; sed, sicut in gregibus pecudum confusa et indiscreta omnia, nulla erit in viris continentia, nulla in foeminis pudicitia. Quis esse in utrisque amor conjugalis potest, in quibus non est certus aut proprius affectus? Quis erit in patrem 10 pius, ignorans unde sit natus? Qui filium diliget, quem putabit alienum? Quin etiam foeminis curiam reservavit [*fors.* reseravit *Davis.*]; militiam, et magistratus, et imperia permisit. Quanta erit infelicitas urbis illius, in qua virorum officia mulieres 15 occupabunt! Sed haec alias latius. Zeno Stoicorum magister, qui virtutem laudat, misericordiam, quae summa est virtus, tanquam morbum animi amputandam judicavit, quae et Deo cara est, et hominibus necessaria. Quis est enim, qui aliquo in malo 20 constitutus nolit esse miserabilis, ac non desideret auxilia succurrentium, quae [*fors.* qui *Davis.*] ad opem ferendam nonnisi misericordiae affectu excitantur? Hanc ille [*Conf. Senecam de Clement.* II. 5.] licet humanitatem, licet pietatem vocet, non rem 25 sed nomen immutat. Hic est affectus, qui soli homini datus est, ut imbecillitatem nostram mutuis adjumentis levaremus, quem qui tollit, ad vitam nos redigit belluarum. Nam, quod dicit paria esse peccata, ex eadem immanitate est, qua misericor- 30 diam veluti morbum insectatur. Qui enim nullam facit differentiam delictorum, aut levia magnis suppliciis afficienda censet, quod est crudelis judicis;

aut gravia parvis, quod est dissoluti. Utrumque reipublicae incommodum; si enim summa scelera leviter puniantur, audacia malis crescet ad facinora majora; et si levibus delictis poena gravior irroge-
5 tur, multi cives, quoniam nemo esse sine delicto potest, in periculum venient, qui correpti possent esse meliores.

CAP. XXXIX.

De variis Philosophis, et de Antipodibus. Inst. iii. 23, 24, 15, 18.

Illa [*fors.* Alia, *Conf. Div. Inst.* III. 23.] vero le-
10 via; sed ex eadem vanitate nascuntur. Xenophanes orbem lunae decem et octo partibus dixit esse majorem quam haec nostra sit terra. Itaque intra sinum ejus aliam terram contineri, quae ab hominibus et omnis generis animalibus incolatur. De anti-
15 podibus quoque sine risu nec audiri nec dici potest. Asseritur tamen quasi aliquid serium, ut credamus esse homines, qui vestigiis nostris habeant adversa vestigia. Tolerabilius Anaxagoras deliravit, qui nigram nivem dixit. Quorundam non modo dicta,
20 sed etiam facta ridenda sunt. Democritus agrum suum a patre sibi relictum deseruit, et pascua publica fieri passus est. Diogenes cum choro canum suorum, qui virtutem illam summam et exactam rerum omnium contemtum profitetur, mendicare
25 victum maluit, quam honesto labore conquirere, aut habere ullam rem familiarem. Certe vita sapientis exemplum esse vivendi ceteris debet. Si horum sapientiam omnes imitentur, quomodo stabunt civitates? Sed forsitan iidem Cynici exemplum vere-
30 cundiae praebere potuerunt, qui palam cum conjugibus suis cubitaverunt. Nescio quam possent virtutem defendere, qui pudorem sustulerunt. Non me-

lior his Aristippus, qui, credo, ut amiculae suae Laidi placeret, Cyrenaicam instituit disciplinam, qua summi boni finem in voluptate corporis collocavit, ne aut peccatis auctoritas, aut vitiis doctrina deesset. An illi fortiores magis sunt probandi, qui, ut mor- 5 tem contemsisse dicerentur, voluntariam necem sibi intulerunt, Zeno, Empedocles, Chrysippus, Cleanthes, Democritus, et hos imitatus Cato; nec scierunt homicidii crimine teneri secundum jus legemque divinam eum, qui se interfecerit? Deus enim nos 10 in hoc domicilium carnis induxit, ille nobis temporale corporis habitaculum dedit, ut incolamus, quamdiu idem voluerit. Nefas igitur habendum est, sine Dei jussu velle migrare. Non est ergo vis adhibenda naturae. Scit ille quemadmodum opus 15 suum resolvat. Cui operi si quis manus impias adhibuerit, ac divini opificii vincula diruperit, Deum conatur effugere, cujus sententiam nec vivus quisquam nec mortuus poterit evadere. Scelerati ergo et nefarii quos superius nominavi, qui etiam docu- 20 erunt, quas causas habere debeat mors voluntaria; ut parum sit sceleris, quod homicidae in semetipsos exstiterunt, nisi ad hoc nefas et alios erudirent.

CAP. XL.

De Philosophorum insipientia. Inst. iii. 28, 30.

Innumerabilia sunt philosophorum dicta factaque, 25 quibus eorum insipientia redargui possit. Itaque quoniam cuncta enumerare non possumus, pauca suffecerint. Satis est intelligi, philosophos neque justitiae, quam ignorabant, neque virtutis, quam mentiuntur, esse doctores. Quid enim doceant, qui 30 suam saepe ignorantiam confitentur? Mitto Socratem, cujus est nota sententia. Anaxagoras omnia

circumfusa tenebris esse pronunciat: Empedocles angustas ad inveniendam veritatem sensuum semitas esse. Democritus in profundo quodam puteo demersam veritatem jacere testatur, quam quia nus-
5 quam reperiunt, idcirco adfirmant neminem adhuc exstitisse sapientem. Quoniam igitur nulla est (apud Platonem Socrates dicit) humana sapientia, sequamur ergo divinam, Deoque gratias agamus, qui eam nobis et revelavit et tradidit; ac nobis gratulemur,
10 quod veritatem ac sapientiam coelesti beneficio tenemus, quam tot ingeniis tot aetatibus requisitam philosophiam nemo [*MS.* num. *fors.* philosophia non *Davis.*] potuit invenire.

CAP. XLI.

De vera religione ac sapientia. Inst. iv. 2 sq.

15 NUNC quoniam falsam religionem, quae est in deorum cultibus, et falsam sapientiam, quae est in philosophis, refutavimus, ad veram religionem sapientiamque veniamus. Et quidem conjuncte, quia cohaerent, de utraque dicendum est. Nam Deum
20 verum colere id est, nec aliud quidquam, quam sapientiam [*fors.* sapientia *Davis.*]. Ille enim summus et conditor rerum Deus, qui hominem velut simulacrum suum fecit, idcirco utique soli ex omnibus animalibus rationem dedit, ut honorem sibi
25 tanquam patri et [*fors.* et timorem *Buneman.*] tanquam Domino referret, et hac pietate atque obsequio immortalitatis praemium mereretur. Hoc est verum divinumque mysterium. Illis autem, quia vera non sunt, nulla concordia. Neque in philoso-
30 phia sacra celebrantur, neque in sacris philosophia tractatur; et ideo falsa religio est, quia non habet sapientiam, ideo falsa sapientia, quia non habet re-

ligionem. Ubi autem utraque conjuncta sunt, ibi esse veritatem necesse est, ut, si quaeratur ipsa veritas quid sit, recte dici possit aut sapiens religio, aut religiosa sapientia.

CAP. XLII.

5

Sapientia religiosa. Christi nomen nulli notum nisi Ipsi et Patri. Inst. iv. 6, 7.

Dicam nunc, quid sit vel sapiens religio, vel sapientia religiosa. Deus in principio, antequam mundum institueret, de aeternitatis suae fonte, deque divino ac perenni Spiritu suo, Filium sibi ipse progenuit incorruptum, fidelem, virtuti ac majestati pa- 10 triae respondentem. Hic est virtus, hic ratio, hic sermo Dei, hic sapientia. Hoc opifice, ut Hermes ait, et consiliatore, ut Sibylla, et praeclaram et mirabilem hujus mundi fabricam machinatus est. Denique ex omnibus Angelis, quos idem Deus de suis 15 spiritibus figuravit, solus in consortium summae potestatis adscitus est, solus Deus nuncupatus. *Omnia enim per ipsum, et sine ipso nihil.* Denique Plato de primo ac secundo Deo, non plane ut philosophus, sed ut vates locutus est, fortasse in hoc Trisme- 20 gistum secutus, cujus verba de Graecis conversa subjeci: *Dominus et factor universorum, quem Deum vocari* [corr. *vocare*, καλεῖν Davis.] *existimavimus, secundum fecit Deum visibilem et sensibilem. Sensibilem autem dico, non quod ipse sensum accipiat,* 25 *sed quod in sensum mittat et visum. Quum ergo hunc fecisset primum, et solum, et unum, optimus ei apparuit, et plenissimus omnium bonorum.* Sibylla quoque *Deum* dicit *ducem omnium a Deo factum;* et alia, *Deum Dei filium esse noscendum;* sicut ea, 30 quae in libris posui, exempla declarant. Hunc Prophetae Divino Spiritu pleni praedicaverunt, quorum praecipue Salomon in libro Sapientiae, item pater

Joan. i. 2.

ejus coelestium scriptor hymnorum, ambo clarissimi Reges, qui Trojani belli tempora CLXXX annis antecesserunt, hunc ex Deo natum esse testantur: hujus nomen nulli esse [*fors.* est *Pfaffius*] notum, nisi ipsi
5 et Patri, sicut docet Joannes in Revelatione. Hermes ait *non posse nomen ejus mortali ore proferri.* Ab hominibus tamen duobus vocabulis nuncupatur, Jesus, quod est Salvator, et Christus, quod est Rex. Salvator ideo, quia est sanatio et salus omnium qui
10 per eum credunt in Deum: Christus ideo, quia ipse de coelo in saeculi hujus consummatione venturus est, ut judicet mundum, et, resurrectione mortuorum facta, regnum sibi constituat aeternum.

Apoc. xix. 12.

CAP. XLIII.

15 Sed ne qua forte sit apud te haesitatio, cur eum, qui ante mundum ex Deo natus sit, Jesum appellemus, qui ante annos CCC natus ex homine est, rationem tibi breviter exponam. Idem est Dei et hominis filius. Bis enim natus est; primum de Deo
20 in spiritu ante ortum mundi; postmodum in carne ex homine, Augusto imperante: cujus rei praeclarum et grande mysterium est, in quo et salus hominum, et religio summi Dei, et omnis veritas continetur. Nam quum primum scelerati atque impii
25 deorum cultus per insidias daemonum irrepserunt, tum penes solos Hebraeos religio Dei mansit, qui tamen non lege aliqua, sed traditum sibi per successionem cultum patrio more tenuerunt usque ad id tempus quo de Aegypto exierunt, Moyse duce,
30 primo omnium Prophetarum, per quem illis lex est a Deo imposita, qui [*MStus* hii qui, *fors.* iique *Davis.*] Judaei sunt postmodum nominati: servierunt igitur

De Christi nomine et duplici nativitate. Inst. iv. 7-11.

Deo vinculis legis obstricti. Sed iidem paulatim ad profanos ritus aberrantes, alienos deos suscepe-runt, et derelicto patrio cultu, insensilibus [insen-sibilibus *alibi apud Lactant.*] simulacris immola-verunt. Propterea Deus Prophetas ad eos misit, 5 Divino Spiritu adimpletos, qui illis peccata expro-brarent, et poenitentiam indicerent; qui secuturam ultionem minarentur, ac denunciarent futurum, si in iisdem delictis perseverassent, ut alium mit-teret novae legis latorem, et, ingrato populo ab 10 haereditate summoto, aliam sibi plebem fideliorem de exteris gentibus congregaret. Illi autem non modo perseverarunt, verum etiam eos ipsos, qui mittebantur, interfecerunt. Itaque damnavit eos ob haec facinora, nec adjecit ulterius Prophetas mittere 15 ad populum contumacem, sed Filium suum misit, ut gentes universas ad gratiam Dei convocaret. Nec illos tamen, licet impios et ingratos, ab spe salutis exclusit, sed ad ipsos potissimum misit, ut, si forte paruissent, non admitterent quod acceperant; si au- 20 tem Deum suum non suscepissent, tum, haeredibus abdicatis, gentes in adoptionem venirent. Jussit igi-tur eum summus Pater descendere in terram, et humanum corpus induere, ut subjectus passionibus carnis, virtutem ac patientiam non solum verbis, 25 sed etiam factis doceret. Renatus est ergo ex vir-gine sine patre tanquam homo; ut quemadmodum in prima nativitate spiritali creatus, et [*fors. de-lend.* et, *MSto interim* est *habente, Davis.*] ex solo Deo sanctus spiritus factus est, sic in secunda car- 30 nali ex sola matre genitus, caro sancta fieret, ut per eum caro, quae subjecta peccato fuerat, ab interitu liberaretur.

CAP. XLIV.

Christi nativitas duplex e Prophetis probatur.

Haec sic futura, ut exposui, Prophetae ante praedixerant. Apud Salomonem ita scriptum est: *Infirmatus est uterus virginis et accepit foetum, et gravata* 5 *est, et facta est in multa miseratione mater virgo.* Apud (Inst. iv. 12.) Esaiam sic: *Ecce virgo accipiet in uterum, et pariet* (Esai. vii. 14.) *filium, et vocabitis nomen ejus Emmanuel,* quod significat nobiscum Deus; fuit enim nobiscum in terra, quum induit carnem, et nihilominus Deus fuit in ho- 10 mine, et homo in Deo. Utrumque autem eum fuisse a Prophetis ante praedictum est. Quod Deus fuerit, Esaias ita dicit: *Adorabunt te, et in te precabuntur,* (Esai. xlv. 14–16.) *quoniam in te Deus est, et non alius Deus praeter te. Tu enim Deus es, et nos nesciebamus, Deus Israel.* 15 *Confundentur et reverebuntur omnes, qui adversantur tibi, et cadent in confusionem.* Item Jeremias: *Hic* (Baruc. iii. 16.) *Deus noster est, et non deputabitur alius absque illo, qui invenit omnem viam prudentiae, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto sibi. Posthaec in* 20 *terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Item, quod homo fuerit, idem Jeremias dicit: *Et* (Jer. xvii. 9.) *homo est, et quis cognovit eum?* Esaias quoque sic tradit: *Et mittet eis Dominus hominem, qui salvabit* (Esai. xix. 29.) *eos, et judicans sanabit eos.* Item Moyses ipse in 25 Numeris: *Orietur stella ex Jacob, et exsurget homo* (Num. xxiv. 17.) *ex Israel.* Idcirco igitur quum Deus esset, suscepit carnem, ut inter Deum et hominem medius factus, hominem ad Deum magisterio suo superata morte perduceret.

30

CAP. XLV.

Christi virtus et opera probantur ex

Diximus de nativitate. Nunc de virtute operibusque dicamus; quae quum magna inter homines ac mirabilia faceret, videntes illa Judaei, magica

Scripturis. Inst. iv. 13, 15, 18.

potentia fieri putabant, ignorantes ea omnia quae fiebant ab eo praedicta esse a Prophetis. Aegros et vario morborum genere languentes non medela aliqua, sed vi ac potestate verbi sui protinus roborabat, debiles resanabat, claudos ad gressum erigebat, cae- 5 cis visum restituebat, mutis eloquium dabat, surdos inauribat, pollutos maculatosque purgabat, furiatis daemonum incursu mentem propriam reponebat, mortuos aut [*fors.* et *Davis.*] jam sepultos ad vitam lucemque revocabat. Idem quinque millia homi- 10 num quinque panibus et duobus piscibus saturavit. Idem super mare ambulavit. Idem in tempestate praecepit vento ut conquiesceret, statimque tranquillitas facta est: quae omnia et in Prophetarum libris et in carminibus Sibyllinis praedicta invenimus. Ob 15 haec miracula quum ad eum magna concurreret multitudo, et, ut erat, Dei Filinm, et a Deo missum crederet, repleti invidia sacerdotes ac principes Judaeorum, simul ira concitati, quod eorum peccata et injustitiam coarguebat, coierunt ut eum oc- 20 ciderent. Quod futurum ante annos mille paulo amplius Salomon in Sapientia pronunciaverat his

Sap. iv. 21.

verbis: *Circumveniamus justum, quoniam insuavis est nobis, et exprobrat nobis peccata legis. Promittit scientiam Dei se habere, et filium Dei se no-* 25 *minat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et mutatae sunt viae illius. Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo. Continet se a viis nostris, quasi ab immunditiis,* 30 *et praefert novissima justorum, et gloriatur patrem Dominum* [corr. *Deum*, Davis.]. *Videamus ergo si sermones illius veri sunt, et tentemus, quae eventura sunt illi. Contumelia et tormento interrogemus eum,*

ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. Haec cogitaverunt et erraverunt. Excaecavit enim illos stultitia eorum, et nescierunt sacramenta Dei. Harum 5 igitur litterarum immemores, quas legebant, incitaverunt populum tanquam adversus impium, ut eum comprehensum ad judicium ducerent, mortemque ejus impiis vocibus flagitarent. Intentabant autem pro crimine id ipsum, quod se Dei Filium dice- 10 ret, et quod legem solveret, curando homines in sabbato, quam ille se non solvere, sed implere dicebat. Quumque Pontius Pilatus, qui tum legatus in Syria judicabat, perspiceret causam illam ad officium Romani judicis non pertinere, misit eum ad Herodem 15 tetrarcham, permisitque Judaeis, ut ipsi legis suae disceptatores essent, qui, accepta sceleris [*h. e. perpetrandi*] potestate, addixerunt eum cruci; sed prius flagellis et palmis verberaverunt, spinis coronarunt, faciem conspuerunt, in cibum et potum dederunt ei 20 fel et acetum; et inter haec nulla vox ejus audita est: tunc carnifices sortiti de tunica ejus et pallio, suspenderunt patibulo atque adfixerunt, quum postridie Pascha, id est, festum diem suum celebraturi essent. Quod facinus prodigia secuta sunt, ut intelligerent 25 nefas quod admiserant. Eodem namque momento quo spiritum posuit, et terrae motus magnus, et deliquium solis fuit ut in noctem dies verteretur.

CAP. XLVI.

Probatur ex Prophetis, passionem et mortem Christi praenun-

Quae omnia Prophetae sic futura esse praedix- 30 erant. Esaias ita dicit: *Non sum contumax, neque contradico, dorsum meum posui ad flagella, et maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non averti*

tiatam fuisse. Inst. iv. 18, 19, 21.

a foeditate sputorum. Idem de silentio: *Sicut ovis, ad immolandum adductus sum, et sicut agnus coram tondentibus sine voce, sic non aperuit os suum.* Item David, in Psalmo xxxiv, *Congregata sunt in me flagella, et ignoraverunt; dissoluti sunt, nec compuncti* 5 *sunt, tentaverunt me, et striderunt super me dentibus suis.* Idem de cibo et potu, Psalmo lxviii, *Et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potum mihi* Ps. xxii. 16. *dederunt acetum.* Item de cruce Christi: *Et foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt om-* 10 *nia ossa mea; ipsi autem contemplati sunt, et viderunt me; diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam sortem miserunt.* Moyses in Deutero- xxii. 16. nomio: *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, et timebis die et nocte, et non credes vitae tuae.* Item in 15 xxiii. 19. Numeris: *Non quasi homo Dominus suspenditur, neque quasi filius hominis minas patitur.* Item Za- xii. 10. charias: *Et intuebuntur in me, quem trafixerunt.* De viii. ix. 10. solis obscuratione Amos ita dicit: *In illo die, dicit Dominus, occidet sol meridie, et obtenebrabitur dies* 20 *lucis; et convertam dies festos vestros in luctum, et cantica vestra in lamentationem.* Item Jeremias de xv. 9. civitate Hierosolyma, in qua passus est: *Et subivit sol ei, quum adhuc medius dies esset; confusa est et maledicta; reliquos eorum in gladium dabo.* Nec 25 frustra haec dicta sunt: siquidem post breve tempus Imperator Vespasianus Judaeos debellavit, et terras eorum ferro igneque depopulatus est, obsessos fame subegit, Hierosolymam evertit, captivos triumphavit, ceteris, qui reliqui fuerunt, terris suis interdixit, 30 nequando iis ad solum patrium reverti liceret. Quae a Deo, propter illam Christi crucem, facta sunt, ut hoc in Scripturis eorum Salomoni ante testatus sit,

dicens: *Et erit Israel in perditionem, et in improperium populo, et domus haec erit deserta, et omnis qui transiet per illam admirabitur, et dicet, Propter quam rem Deus fecit terrae huic et huic domui haec* 5 *mala? Et dicent, quia dereliquerunt Dominum Deum suum, et persecuti sunt Regem suum dilectissimum Deo, et cruciaverunt illum in humilitate magna: propter hoc importavit illis Deus mala haec.* [In Bibliis posteriora haec non comparent.] Quid enim non mere- 10 rentur, qui Dominum, qui ad salutem ipsorum venerat, peremerunt? (1 Reg. ix. 6.)

CAP. XLVII.

(De Christi resurrectione, Apostolorum missione, Servatorisque in coelum ascensione. Inst. iv. 19–21.)

Post haec detractum patibulo corpus monumento condiderunt. Verum tertio die ante lucem, terrae 15 motu facto, ac revoluto lapide quo sepulchrum clauserant, resurrexit. In sepulchro autem nihil nisi exuviae corporis sunt repertae. Ipsum vero resurrecturum die tertio jam olim Prophetae fuerant praelocuti. David in Psalmo xv; *Non derelinques ani-* 20 *mam meam ad inferos, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Item Osee; *Hic filius meus sapiens, propter quod nunc non resistet in contributione filiorum suorum, et de manu inferorum eruam eum. Ubi est judicium tuum, mors, ubi est aculeus tuus?* Idem (xiii. 13, 14.) 25 rursus: *Vivificabit nos post biduum, die tertio.* Profectus igitur in Galilaeam post resurrectionem, discipulos suos rursus, quos metus in fugam verterat, congregavit; datisque mandatis quae observari vellet, et ordinata Evangelii praedicatione per totum or- 30 bem, inspiravit in eos Spiritum Sanctum, ac dedit eis potestatem mirabilia faciendi, ut in salutem hominum tam factis, quam verbis operarentur; ac tum (vi. 2.)

demum quadragesimo die remeavit ad Patrem, sublatus in nubem. Hoc Daniel Propheta jampridem ostenderat, dicens: *Videbam in visu noctis, et ecce in nubibus coeli ut Filius Hominis veniens, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et qui assistebant, obtulerunt eum; et datum est ei regnum, et honor, et imperium, et omnes populi, tribus, linguae servient ei, et potestas ejus aeterna, quae nunquam transibit, et regnum ejus non corrumpetur.* Item David in Psalmo cix, *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.*

vii. 13, 14.

CAP. XLVIII.

De Judaeorum exhaereditatione, et Gentilium adoptione. Inst. iv. 18–20.

Quum igitur ad dexteram Dei sedeat, calcaturus inimicos suos qui eum cruciaverunt, quando ad judicandum orbem venerit, apparet nullam spem reliquam esse Judaeis, nisi conversi ad poenitentiam, et a sanguine, quo se polluerunt, abluti, sperare in eum coeperint, quem negaverunt. Ideo sic dicit Hesdra: [Locus non exstat in Bibliis. Conf. S. Justini M. Dial. cum Tryphone, §. 72, p. 169, ed. Benedictin.] *Hoc pascha Salvator noster est in refugium nostrum. Cogitate, et ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in signo, et posthaec sperabimus in eum.* Exhaeredatos autem esse Judaeos, quia Christum reprobaverunt, et nos, qui sumus ex gentibus, in eorum locum adoptatos, Scripturis adprobatur. Jeremias ita dicit: *Dereliqui domum meam, dimisi haereditatem meam in manus inimicorum ejus. Facta est haereditas mea mihi sicut leo in sylva; dedit ipsa super me vocem suam, ideo odivi eam.* Item Malachias: *Non est mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, et sacrificium acceptum non habebo ex manibus vestris; quia a*

xi. 7, 8.

i. 10, 11.

solis ortu usque ad occasum clarificabitur nomen meum apud gentes. Esaias quoque sic: *Venio colligere omnes gentes et linguas, et venient, et videbunt claritatem meam.* Idem alio loco ex persona Patris ad Filium: 5 *Ego Dominus Deus vocavi te in justitiam, et tenebo manum tuam, et confirmabo te in testamentum generis mei, in lucem gentium aperire oculos caecorum, producere ex vinculis alligatos, et de domo carceris sedentes in tenebris.*

lxvi. 18.

xlii. 6, 7.

10 CAP. XLIX.

Quod Deus non est nisi unus. Inst. iv. 28, 29.

Si ergo Judaei a Deo rejecti sunt, sicut sacrarum Scripturarum fides indicat, gentes autem, sicut videmus, adscitae, ac de tenebris hujus vitae saecularis, deque vinculis daemonum liberatae, nulla igitur alia 15 spes homini proposita est, nisi veram religionem veramque sapientiam, quae in Christo est, fuerit secutus; quem qui ignorat a veritate ac Deo semper alienus est. Nec sibi de summo Deo, vel Judaei, vel philosophi blandiantur. Qui Filium non agnovit, 20 nec Patrem potuit agnoscere. Haec est sapientia, et hoc mysterium summi Dei. Per illum se Deus et agnosci et coli voluit. Ideo Prophetas ante praemisit, qui de adventu ejus praedicarent, ut, quum facta essent in eo quaecunque praedicata sunt, tunc 25 ab hominibus et Dei Filius et Deus crederetur. Nec tamen sic habendum est, tanquam duo sint Dii. Pater enim ac Filius unum sunt; quum enim Pater Filium diligat, omniaque ei tribuat, et Filius Patri fideliter obsequatur, nec velit quidquam nisi 30 quod Pater, non potest utique necessitudo tanta divelli, ut duo esse dicantur, in quibus et substantia, et voluntas, et fides una est. Ergo et Filius per Patrem, et Pater per Filium. Unus est honos utri-

que tribuendus tanquam uni Deo, et ita dividendus est per duos cultus, ut divisio ipsa compage inseparabili vinciatur. Neutrum sibi relinquet, qui aut Patrem a Filio, aut Filium a Patre secernit.

CAP. L. 5

Cur Deus humanum corpus assumsit et mortem passus fuit. Inst. iv. 22–24.

Superest respondere etiam iis, qui putant inconveniens fuisse nec habere rationem, ut Deus mortali corpore indueretur, ut hominibus subjectus esset, ut contumelias sustineret, cruciatus etiam mortemque pateretur. Dicam quod sentio, et rem im- 10 mensam paucis, ut potero, substringam. Qui aliquid docet, debet, ut opinor, facere ipse quae docet, ut cogat homines obtemperare; nam si non fecerit, praeceptis suis fidem derogabit. Exemplis igitur opus est, ut ea quae praecipiuntur habeant firmi- 15 tatem; et si quis contumax exstiterit ac dixerit non posse fieri, praeceptor illum praesenti opere convincat. Non potest ergo perfecta esse doctrina, quum verbis tantum traditur; sed tum perfecta est, quum factis adimpletur. Christus itaque, quum doctor vir- 20 tutis ad homines mitteretur, utique ut doctrina ejus perfecta esset, et docere et facere debuerat. Sed, si corpus hominis non induisset, non posset facere quae docebat, id est, non irasci, non cupere divitias, non libidine inflammari, dolorem non timere, mor- 25 tem contemnere. Haec sunt utique virtutes, sed fieri sine carne non possunt. Ergo ideo corporatus est, ut, quum vincenda esse carnis desideria doceret, ipse faceret prior, ne quis excusationem de carnis fragilitate praetenderet. 30

CAP. LI.

De Christi morte in

Dicam nunc de sacramento crucis, ne quis forte

dicat, Si suscipienda illi mors fuerat, non utique infamis ac turpis, sed quae haberet aliquid honestatis. Scio equidem multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere a veritate, quum in ea et ratio magna sit 5 et potestas. Nam quum ad hoc missus esset, ut humillimis quibusque viam panderet ad salutem, se ipse humilem fecit, ut eos liberaret. Suscepit ergo id genus mortis, quod solet humilibus irrogari, ut omnibus facultas daretur imitandi. Praeterea quum es- 10 set resurrecturus, amputari partem corporis ejus fas non erat, nec os infringi, quod accidit iis qui capite plectuntur. Crux ergo potior fuit, quae resurrectioni corpus integris ossibus reservavit. His etiam illud accedit, quod passione ac morte suscepta sub- 15 limem fieri oportebat. Adeo illum crux et re et significatione exaltavit, ut omnibus majestas ejus ac virtus cum ipsa passione notuerit. Nam quod extendit in patibulo manus, utique alas suas in Orientem Occidentemque porrexit, sub quas universae 20 nationes ab utraque mundi parte ad requiem convenirent. Quantum autem valeat hoc signum, et quid habeat potestatis, in promtu est, quum omnis daemonum cohors hoc signo expellitur ac fugatur. Et sicut ipse ante passionem daemones verbo et imperio 25 proturbabat, sic nunc nomine ac signo passionis ejusdem spiritus immundi, quando in corpora hominum inrepserint, exiguntur, quum extorti et excruciati ac se daemonas confitentes verberanti se Deo cedunt. Quid ergo speraverint de suis religionibus 30 cumque [*fors.* cunctaque] sua sapientia Graeci, quum videant, Deos suos, quos eosdem daemonas esse non negant, per crucem ab hominibus triumphari?

cruce. Inst. iv. 26, 27.

CAP. LII.

Spes Salutis hominum in veri Dei agnitione; et de odio Ethnicorum in Christianos. Inst. iv. 28. v. 1, 9, 12.

Una igitur spes hominibus vitae est, unus portus salutis, unum refugium libertatis, si abjectis, quibus tenebantur, erroribus, aperiant oculos mentis suae Deumque cognoscant, in quo solo domicilium veri- 5 tatis est; terrena et de terra ficta contemnant; philosophiam, quae apud Deum stultitia est, pro nihilo computent; et [*MS.* sed *fors.* sed et] vera sapientia, id est, religione suscepta, fiant immortalitatis haeredes. At enim repugnant non tam veritati quam 10 propriae saluti; quumque haec audiunt, velut aliquod inexpiabile nefas detestantur. Sed ne audire quidem patiuntur: violari aures suas sacrilegio putant, si audierint; nec jam maledictis abstinent, sed, quantis possunt, verborum contumeliis insectantur; iidemque 15 [*MS.* idemque *fors.* ideoque] si potestatem nacti fuerint, velut hostes publicos persequuntur, immo etiam plus quam hostes; quorum, quum bello victi fuerint, aut mors aut servitus poena est, nec ullis post arma deposita cruciatus, quamvis omnia pati 20 meruerint, qui facere voluerunt, et inter mucrones locum pietas haberet [*fors.* habet *Davis.*]. Inaudita est crudelitas, quum innocentia nec victorum hostium conditionem meretur. Quae tanta hujus furoris est causa? Scilicet, quia ratione congredi non 25 queunt, violentia premunt; incognita causa tanquam nocentissimos damnant, qui [*fors.* quia *Davis.*] constare de ipsa innocentia noluerunt. Nec satis putant, si celeri ac simplici morte moriantur quos irrationabiliter oderunt, sed eos exquisitis cruciatibus 30 lacerant, ut expleant odium, quod non peccatum aliquod, sed veritas parit; quae idcirco male viventibus

odiosa est, quia aegre ferunt esse aliquos, quibus facta eorum placere non possunt. Hos omni modo cupiunt exstinguere, ut possint libere sine teste peccare.

5

CAP. LIII.

Rationes odii in Christianos refelluntur. Inst. v. 11, 12, 19.

Sed haec facere se dicunt, ut deos suos defendant. Primum si dii sunt et habent aliquid potestatis ac numinis, defensione hominis patrocinioque non indigent, sed seipsos utique defendunt. Aut quomodo 10 ab iis homo sperare auxilium potest, si ne suas quidem injurias possunt vindicare? Stultum igitur et vanum, deorum esse vindices velle, nisi quod ex eo magis apparet diffidentia. Qui enim patrocinium Dei, quem colit, suscipit, illum esse nihil [*fors.* ni- 15 hili *Davis.*] confitetur; si autem ideo colit, quia potentem arbitratur, non debet eum velle defendere, a quo ipse est defendendus. Nos igitur recte. Nam quum isti defensores falsorum deorum, adversus verum Deum rebelles, nomen ejus in nobis perse- 20 quuntur, nec re nec verbo repugnamus, sed mites, et taciti, et patientes perferimus omnia, quaecunque adversus nos potest crudelitas machinari; habemus enim fiduciam in Deo, a quo exspectamus secuturam protinus ultionem. Nec est inanis ista fiducia; si- 25 quidem eorum omnium, qui hoc facinus ausi sunt, miserabiles exitus partim cognovimus, partim videmus [*fors.* vidimus *Davis.*]; nec ullus habuit impune, quod Deum laesit; sed qui sit verus Deus, qui verbo discere noluit, supplicio suo didicit. Vellem 30 scire, quum invitos adigunt ad sacrificium, quid secum habeant rationis, aut cui praestent quod faciunt. Si diis, non est ille cultus, nec acceptabile sacrificium, quod fit ingratis, quod extorquetur per inju-

riam, quod eruitur per dolorem. Si autem ipsis quos cogunt, non est utique beneficium, quod quis, ne accipiat, etiam mori mavult. Si bonum est, ad quod me vocas, cur malo invitas? cur non verbis, sed verberibus, cur non ratione, sed cruciatibus corpo- 5 ris? Unde apparet malum esse illud, ad quod non illicis volentem, sed trahis recusantem. Quae stultitia est, consulere velle nolenti? An si aliquis prementibus malis ad mortem confugere conatur, num potes, si aut gladium extorseris, aut laqueum rupe- 10 ris, aut praecipitio retraxeris, aut venenum effuderis, conservatorem te hominis gloriari, quum ille, quem servasse te putas, nec gratias agat, et te male secum arbitretur egisse, quod mortem sibi prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad requiem malorum 15 pervenire non siveris? Beneficium enim non ex qualitate rei debet, sed ex animo ejus qui accipit, ponderari. Cur pro beneficio imputes, quod mihi maleficium est? Vis me deos tuos colere, quod ego mihi mortiferum duco. Si bonum est, non invideo. 20 Fruere solus bono tuo. Non est quod velis errori meo succurrere, quem judicio ac voluntate suscepi. Si malum, quid me ad consortium mali rapis? ‘Utere sorte tua.’ [*Virg. Aen.* XII. 932.] Ego malo in bono mori, quam in malo vivere. 25

CAP. LIV.

De religionis libertate in adorando Deo. Inst. v. 13, 19, 20, 11, 9.

Haec quidem juste dici possunt. Sed quis audiet, quum homines furiosi et impotentes minui dominationem suam putent, si sit aliquid in rebus humanis liberum? Atqui religio sola est, in qua libertas do- 30 micilium collocavit; res est enim praeter ceteras voluntaria, nec imponi cuiquam necessitas potest,

ut colat quod non vult. Potest aliquis forsitan simulare, non potest velle. Denique quum metu tormentorum aliqui aut cruciatibus victi ad exsecranda sacrificia consenserint, nunquam ultro faciunt quod
5 necessitate fecerunt, sed, data rursus facultate, ac reddita libertate, referunt se ad Deum, eumque precibus et lachrymis placant, agentes non voluntatis, quam non habuerunt, sed necessitatis, quam pertulerunt, poenitentiam; et venia satisfacientibus non
10 negatur. Quid ergo promovet, qui corpus inquinat, quando immutare non potest voluntatem? Atenim homines inanis cerebri, si quem forte adegerint libare diis suis, incredibili alacritate insolenter exsultant, et, quasi hostem sub jugum miserint, gaudent.
15 Si vero aliquis, nec minis nec tormentis territus, fidem vitae anteferre maluerit, in hunc ingenium suum crudelitas exserit, infanda et intolerabilia molitur; et quia sciunt, gloriosam esse pro Deo mortem, et hanc nobis esse victoriam, si superatis tor-
20 toribus animam pro fide ac religione ponamus, et ipsi enituntur, ut vincant. Non afficiunt morte, sed excogitant novos inauditosque cruciatus, ut fragilitas viscerum doloribus cedat; et, si non cesserit, differunt, adhibentque vulneribus curam diligentem, ut
25 crudis adhuc cicatricibus repetita tormenta plus doloris immittant. Et hanc adversus innocentes carnificinam exercentes, [*MS.* exercent. *fors.* Et dum hanc——exercent *Davis.*] pios utique se et justos et religiosos putant, talibus enim sacris deorum [*fors.*
30 dii eorum *Davis.*] delectantur, illos vero impios et desperatos nuncupant. Quae ista est perversitas, ut qui torquetur innocens, desperatus atque impius nominetur, carnifex autem justus piusque dicatur?

CAP. LV.

Ethnici justitiam in sequendo Deo crimine impietatis infamant. Inst. v. 19, 20, 14.

Sed recte ac merito puniri eos aiunt, qui publicas religiones a majoribus traditas exsecrantur. Quid si majores illi stulti fuerunt in suscipiendis religionibus vanis, sicut jam supra ostendimus, praescribe- 5 tur nobis, quo minus vera et meliora sectemur? Cur nobis auferimus libertatem, sed quasi addicti alienis servimus erroribus? Liceat sapere, liceat inquirere veritatem. Sed tamen, si libet majorum defendere stultitiam, [*MS. non habet* stultitiam, *supplere vult* 10 religiones *Davis.*] cur impune habent Aegyptii, qui pecudes, et omnis generis bestias pro diis colunt? Cur de diis ipsis mimi aguntur, et qui eos facetius deriserit honoratur? Cur audiuntur philosophi, qui aut nullos Deos esse aiunt, aut si sunt, nihil curare, 15 nec humana respicere, aut nullam esse omnino, quae regat mundum providentiam, disserunt; sed soli ex omnibus impii judicantur, qui Deum, qui veritatem sequuntur? Quae quum sit eadem justitia, eadem sapientia, hanc isti vel impietatis vel stultitiae cri- 20 mine infamant, nec perspiciunt quid sit quod eos fallat, quum et malo vocabulum boni et bono mali nomen imponunt. Plurimi quidem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles, de justitia multa dixerunt, asserentes et extollentes eam summa laude 25 virtutem, quod suum cuique tribuat, quod aequitatem in omnibus servet, et quum ceterae virtutes quasi tacitae sint et intus inclusae, solam esse justitiam, quae nec sibi tantum conciliata sit, nec occulta, sed foras tota promineat, et ad bene faciendum prona 30 sit ut quamplurimis prosit. Quasi vero in judicibus solis, atque in potestate aliqua constitutis justitia

esse debeat, et non in omnibus! Atquin nullus est hominum, ne infirmorum [*fors.* infimorum *Davis.*] quidem ac mendicorum, in quem justitia cadere non possit. Sed quia ignorabant quid esset, unde pro-
5 fluerit, quid operis haberet, summam illam virtutem, id est, commune omnium bonum, paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari, sed alienis tantum commodis studere dixerunt. Nec immerito exstitit Carneades, homo summo ingenio et
10 acumine, qui refelleret istorum orationem, et justitiam, quae fundamentum stabile non habebat, everteret, non quia vituperandam esse justitiam sentiebat, sed ut illos defensores ejus ostenderet nihil certi, nihil firmi, de justitia disputare.

15

CAP. LVI.

De Justitia, quae est veri Dei cultus. v. 16, 17.

Nam si justitia est veri Dei cultus, (quid enim tam justum ad aequitatem, tam pium ad honorem, tam necessarium ad salutem, quam Deum agnoscere ut parentem, venerari ut Dominum, ejusque
20 legi aut [*fors.* et *Davis.*] praeceptis obtemperare?) nescierunt ergo justitiam philosophi, quia nec ipsum Deum agnoverunt, nec cultum ejus legemque tenuerunt, et ideo refelli potuerunt a Carneade, cujus haec fuit disputatio: 'nullum esse jus naturale;
25 'itaque omnes animantes, ipsa ducente natura, com'moda sua defendere; et ideo justitiam, si alienis 'utilitatibus consulit, suas negligit, stultitiam esse 'dicendam. Quod si omnes populi, penes quos sit 'imperium, ipsique Romani, qui orbem totum pos-
30 'sederint, justitiam sequi velint, ac suum cuique re'stituere, quod vi et armis occupaverunt, ad casas 'et egestatem revertentur. Quod si fecerint, justos

'quidem, sed tamen stultos judicari necesse est, qui, 'ut aliis prosint, sibi nocere contendant. Deinde, si 'reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro auri-'chalco, aut argentum pro plumbo vendat per erro-'rem, atque id emere necessitas cogat, utrum dissi- 5 'mulabit et emet parvo, an potius indicabit? Si in-'dicabit, justus utique dicetur, quia non fefellit; sed 'idem stultus, qui alteri fecerit lucrum, sibi damnum. 'Sed facile de damno est. Quid, si vita ejus in peri-'culum veniet, ut eum necesse sit aut occidere aut 10 'mori, quid faciet? Potest hoc evenire, ut, naufragio 'facto, inveniat aliquem imbecillem tabulae inhae-'rentem, aut victo exercitu fugiens, reperiat aliquem 'vulneratum equo insidentem, utrumne aut illum 'tabula, aut hunc equo deturbabit, ut ipse possit 15 'evadere? Si volet justus esse, non faciet; sed idem 'stultus judicabitur, qui, dum alterius vitae parcit, 'suam prodit Si faciet, sapiens quidem videbitur, 'quia sibi consulet; sed idem malus, quia nocebit.'

CAP. LVII. 20

De Sapientia et Stultitia. Inst. v. 17 usque ad Libri finem.

Acuta ista sane; sed respondere ad ea facillime possumus. Immutatio enim nominum facit, ut sic esse videatur. Nam et justitia imaginem habet stultitiae, non tamen est stultitia; et malitia imaginem sapientiae, non tamen sapientia est. Sed sicut 25 malitia ista in conservandis utilitatibus suis intelligens et arguta, non sapientia, sed calliditas et astutia est, ita et justitia non debet stultitia, sed innocentia nominari; quia necesse est et justum esse sapientem, et eum, qui sit stultus, injustum. Nam 30 neque ratio neque natura ipsa permittit, ut is qui justus est, sapiens non sit; quoniam justus nihil

utique facit nisi quod rectum et bonum est, pravum et malum semper fugit. Quis autem discernere bonum et malum, pravum et rectum, potest, nisi qui sapiens fuerit? Stultus autem male facit, quia
5 bonum et malum quid sit ignorat: ideo peccat, quia non potest prava et recta discernere. Non potest ergo neque stulto justitia, neque injusto sapientia convenire. Stultus igitur non est, qui nec tabula naufragum, nec equo saucium dejecerit, quia
10 se abstinuit a nocendo, quod est peccatum; peccatum autem vitare sapientis est. Sed ut stultus prima facie videatur, illa res efficit, quod exstingui animam cum corpore aestimant: idcirco omne commodum ad hanc vitam referunt. Si enim post mor-
15 tem nihil est, utique stulte facit, qui alterius animae parcit cum dispendio suae, aut qui alterius lucro magis quam suo consulit. Si mors animam delet, danda est opera, quo diutius commodiusque vivamus; si autem vita post mortem superest aeterna et
20 beata, hanc utique corporalem cum omnibus terrae bonis justus et sapiens contemnet, quia sciet quale a Deo sit praemium recepturus. Teneamus igitur innocentiam, teneamus justitiam, subeamus imaginem stultitiae, ut veram sapientiam tenere possimus. Et
25 si hominibus ineptum videtur ac stultum, torqueri et mori malle, quam libare diis et abire sine noxa, nos tamen omni virtute omnique patientia fidem Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, non dolor frangat, quo minus vigor animi, et constantia in-
30 concussa servetur. Stultos vocent, dummodo ipsi stultissimi sint, et caeci, et hebetes, et pecudibus aequales, qui non intelligunt esse mortiferum, relicto Deo vivo, prosternere se atque adorare terrena;

qui nesciunt, et illos aeternam poenam manere, qui figmenta insensibilia fuerint venerati; et eos, qui nec tormenta nec mortem pro cultu et honore veri Dei non recusaverint, vitam perpetuam consecuturos. Haec est fides summa, haec est vera sapientia, haec 5 perfecta justitia. Nihil ad nos attinet, stulti quid homunculi sentiant. Nos judicium Dei exspectare debemus, ut eos postmodum, qui de nobis judicant, judicemus.

CAP. LVIII. 10

De vero cultu Dei et sacrificio. Inst. vi. 1, 2.

Dixi de justitia, quid esset. Sequitur ut ostendam quod sit verum sacrificium Dei, qui sit justisimus ritus colendi; ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut dona pretiosa desiderari a Deo. A quo si fames, si sitis, si algor, si rerum omnium terre- 15 narum cupiditas abest, non ergo utitur his omnibus quae templis diisque fictilibus inferuntur; sed sicut corporalibus corporalia, sic utique incorporali incorporale sacrificium necessarium est. Illis autem, quae in usum tribuit homini Deus, ipse non indiget, quum 20 omnis terra ipsius sit sub potestate; non indiget templo, cujus domicilium mundus est; non indiget simulacro, qui est et oculis et mente incomprehensibilis; non indiget terrenis luminibus, qui solem cum ceteris astris in usum hominis potuit accendere. 25 Quid igitur ab homine desiderat Deus, nisi cultum mentis qui est purus et sanctus? Nam illa, quae aut digitis fiunt, aut extra hominem sunt, inepta, fragilia, ingrata sunt. Hoc est sacrificium verum, non quod ex arca, sed quod ex corde profertur; non 30 quod manu, sed quod mente libatur. Haec acceptabilis victima est, quam de seipso animus immolat. Nam quid hostiae, quid thura, quid vestes, quid

argentum, quid aurum, quid pretiosi lapides conferunt, si colentis pura mens non est? Sola ergo justitia est, quam Deus expetit. In hac sacrificium, in hac Dei cultus est, de quo nunc mihi disseren-
5 dum est, docendumque, in quibus operibus justitiam necesse sit contineri.

CAP. LIX.

De viis vitae, ex primis mundi temporibus. Inst. vi. 3, 10. v. 19 extr.

Duas esse humanae vitae vias nec philosophis ignotum fuit, nec poetis; sed eas utrique diverso
10 modo induxerunt; philosophi alteram industriae, alteram inertiae esse voluerunt. Sed hoc minus recte, quod eas ad sola vitae hujus commoda retulerunt. Melius poetae, qui alteram justorum, alteram impiorum esse dixerunt. Sed in eo peccant, quod eas
15 non in hac vita, sed apud inferos esse aiunt. Nos utique rectius, qui alteram vitae, alteram mortis, et hic tamen esse has vias, dicimus. Sed illa dexterior, qua justi gradiuntur, non in Elysium fert, sed in coelum; immortales enim fiunt. Sinisterior ad
20 tartarum; aeternis enim cruciatibus addicuntur injusti. Tenenda est igitur nobis justitiae via, quae ducit ad vitam. Primum autem justitiae officium est, Deum agnoscere ut parentem, eumque metuere ut dominum, diligere ut patrem. Idem enim qui
25 nos genuit, qui vitali spiritu animavit, qui alit, qui salvos facit, habet in nos, non modo ut pater, verum etiam ut dominus, licentiam verberandi, et vitae ac necis potestatem; unde illi ab homine duplex honos, id est, amor cum timore, debetur. Secundum
30 justitiae officium est, hominem agnoscere velut fratrem. Si enim nos idem Deus fecit, et universos ad justitiam vitamque aeternam pari conditione ge-

neravit, fraterna utique necessitudine cohaeremus; quam qui non agnoscit, injustus est. Sed origo hujus mali, quo societas inter se hominum, quo necessitudinis vinculum dissolutum est, ab ignoratione veri Dei nascitur. Qui enim fontem illum benigni- 5 tatis ignorat, bonus esse nullo pacto potest. Inde est, quod ex eo tempore quo dii multi consecrari ab hominibus colique coeperunt, fugata, sicut poetae ferunt, justitia, direptum est omne foedus, direpta societas juris [generis *Davis. ex Div. Inst.* v. 5.] hu- 10 mani. Tum sibi quisque consulens jus in viribus computare, nocere invicem, fraudibus aggredi, dolis circumscribere, commoda sua aliorum incommodis adaugere, non cognatis, non liberis, non parentibus parcere, ad necem hominum pocula temperare, ob- 15 sidere cum ferro vias, maria infestare, libidini autem, quo furor duxerit, fraena laxare, nihil denique sancti habere, quod non cupiditas infanda violaret. Quum haec fierent, tum leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim [*fors.* in- 20 vicem *Davis.*] tutos ab injuriis facerent. Sed metus legum non scelera comprimebat, sed licentiam submovebat. Poterant enim leges delicta punire, conscientiam punire non poterant. Itaque quae ante palam fiebant, clam fieri coeperunt; circumscribi 25 etiam jura, siquidem ipsi praesides legum, praemiis muneribusque corrupti, vel in remissionem malorum, vel perniciem bonorum sententias venditabant. His accedebant dissensiones, et bella, et mutuae depraedationes, et oppressis legibus saeviendi potestas 30 licenter assumta.

CAP. LX.

In hoc statu quum essent humanae res, misertus est nostri Deus, revelavit se nobis et ostendit, ut in ipso religionem, fidem, castitatem, misericordiam 5 disceremus; ut errore vitae prioris abjecto, simul cum ipso Deo nosmetipsos, quos impietas dissociaverat, nosceremus, legemque divinam, quae humana cum coelestibus copulat, tradente ipso Domino, sumeremus: qua lege universi, quibus irretiti fuimus, 10 errores cum vanis et impiis superstitionibus tollerentur. Quid igitur homini debeamus, eadem illa lex praescribit quae docet, quicquid homini praestiteris, Deo praestari. Sed radix justitiae, et omne fundamentum aequitatis est illud, ut non facias 15 quod pati nolis, sed alterius animum de tuo metiaris. Si acerbum est injuriam ferre, et qui eam fecerit videtur injustus, transfer in alterius personam quod de te sentis, et in tuam quod de altero judicas, et intelliges tam te injuste facere, si alteri 20 noceas, quam alterum, si tibi. Haec si mente volvamus, innocentiam tenebimus, in qua justitia velut primo gradu insistit. Primum est enim non nocere, proximum prodesse. Et sicut in rudibus agris, priusquam serere incipias, evulsis sentibus, et omnibus 25 stirpium radicibus amputatis, arva purganda sunt, sic de nostris animis prius vitia detrahenda, et tunc demum virtutes inserendae, de quibus seminatae per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.

De Justitiae officiis. Inst. v. 10–15.

CAP. LXI.

30 Tres affectus, vel, ut ita dicam, tres furiae sunt, quae in animis hominum tantas perturbationes cient,

De affectibus. Inst. vi. 19, 14–16.

et interdum cogunt ita delinquere, ut nec famae nec periculi sui respectum habere permittant: ira quae vindictam cupit, avaritia quae desiderat opes, libido quae appetit voluptates. His vitiis ante omnia resistendum est, hae stirpes eruendae, ut vir- 5 tutes inseri possint. Hos affectus Stoici amputandos, Peripatetici temperandos putant. Neutri eorum recte; quia neque in totum detrahi possunt, siquidem natura insiti certam habent magnamque rationem; neque diminui, quoniam si mala sunt, 10 carendum est etiam temperatis et mediocribus; si bona, integris abutendum est. Nos vero neque detrahendos neque minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt, quae Deus homini rationabiliter insevit; sed quum sint utique natura bona, 15 quoniam ad tuendam vitam sunt attributa, male utendo fiunt mala; et sicut fortitudo, si pro patria dimicemus, bonum est, si contra patriam, malum, sic et affectus, si ad usus bonos habeas, virtutes erunt, si ad malos, vitia dicentur. Ira igitur ad 20 coercitionem peccatorum, id est, ad regendam subjectorum disciplinam, data est, ut metus licentiam comprimat et compescat audaciam. Sed qui terminos ejus ignorant, irascuntur paribus aut etiam potioribus. Inde ad immania facinora prosilitur, 25 inde ad caedes, inde ad bella consurgitur. Cupiditas quoque ad desideranda et conquirenda vitae necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines ejus, insatiabiliter opes congerere nituntur. Hinc venena, hinc circumscriptiones, hinc falsa testamenta, hinc 30 omnia fraudum genera erupere. Libidinis autem affectus ad procreandos liberos insitus et innatus est: sed qui limites ejus in animo non tenent, utuntur

eo ad solam voluptatem. Inde illiciti amores, inde adulteria et stupra, inde omnes corruptelae oriuntur. Redigendi sunt ergo isti affectus intra fines suos, et in viam rectam dirigendi, in qua etiamsi sint vehe-
5 mentes, culpam tamen habere non possunt.

CAP. LXII.

De voluptatibus sensuum coercendis. Inst. vi. 18, 12, 23, 28.

Cohibenda est ira quum patimur injuriam, ut et malum comprimatur, quod ex certamine impendet, et ut duas maximas virtutes, innocentiam patien-
10 tiamque, teneamus. Avaritia frangatur, quum habemus quod satis est. Quis enim furor est, in his coacervandis laborare, quae aut latrocinio, aut proscriptione, aut morte ad alios necesse sit pervenire? Libido extra legitimum torum non evagetur, sed
15 creandis liberis serviat. Appetentia enim nimia voluptatis et periculum parit et infamiam generat, et (quod est maxime cavendum) mortem adquirit aeternam. Nihil est tam invisum Deo quam mens incesta et animus impurus. Nec hac sola voluptate
20 abstinendum sibi quis putet, quae capitur ex foeminei corporis copulatione, sed et ceteris voluptatibus sensuum reliquorum; quia et ipsae sunt vitiosae, et ejusdem virtutis est eas contemnere. Oculorum voluptas percipitur ex rerum pulchritudine, aurium
25 de vocibus canoris et suavioribus, narium de odore jucundo, saporis de cibis dulcibus, quibus omnibus virtus repugnare fortiter debet, ne his illecebris irretitus animus, a coelestibus ad terrena, ab aeternis ad temporalia, a vita immortali ad poenam per-
30 petuam deprimatur. In saporis et odoris voluptatibus hoc periculum est, quod trahere ad luxuriem possunt. Qui enim fuerit his deditus, aut non ha-

bebit ullam rem familiarem, aut, si habuerit, absumet, et aget postmodum vitam detestabilem. Qui autem rapitur auditu, (ut taceam de cantibus, qui sensus intimos ita saepe deliniunt, ut etiam statum mentis furore perturbent,) compositis certe orationi- 5 bus, numerosisque carminibus, aut argutis disputationibus, ad impios cultus facile traducitur. Inde est quod scriptis coelestibus, quia videntur incompta, non facile credunt, qui aut ipsi sunt diserti, aut diserta legere malunt. Non quaerunt vera, sed dulcia: 10 immo illis haec videntur esse verissima quae auribus blandiuntur. Ita respuunt veritatem, dum sermonis suavitate capiuntur. Voluptas vero, quae spectat ad visum, multiformis est. Nam quae percipitur ex rerum pretiosarum pulchritudine, avaritiam 15 concitat, quae aliena esse debet a sapiente atque justo; quae autem capitur de specie mulierum, in alteram rapit voluptatem, de qua jam superius locuti sumus.

CAP. LXIII. 20

Spectacula esse potentissima ad corumpendos animos. Inst. vi. 20, 18.

Superest de spectaculis dicere, quae quoniam potentiora sunt ad corrumpendos animos, vitanda sapientibus et cavenda sunt; tum quod ad celebrandos deorum honores inventa memorantur. Nam munerum editiones Saturni festa sunt: Scena Liberi 25 Patris est: Ludi vero Circenses Neptuno dicati putantur: ut jam qui spectaculis interest, relicto Dei cultu, ad profanos ritus transiisse videatur. Sed ego de re malo dicere, quam de origine. Quid tam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio? Ideo 30 severissimis legibus vita nostra munitur, ideo bella exsecrabilia sunt. Invenit tamen consuetudo, quatenus homicidium sine bello ac sine legibus faciat,

et hoc sibi voluptas quod scelus vindicavit. Quod si interesse homicidio sceleris conscientia est, et eidem facinori spectator obstrictus est cui et admissor, ergo et in his gladiatorum caedibus non minus 5 cruore perfunditur qui spectat, quam ille qui facit; nec potest esse immunis a sanguine qui voluit effundi, aut videri non interfecisse, qui interfectori et favit et praemium postulavit. Quid scena? num sanctior? in qua comoedia de stupris et amoribus, 10 tragoedia de incestis et parricidiis fabulatur. Histrionum etiam impudici gestus, quibus infames foeminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent. Nec minus mimus corruptelarum disciplina est, in quo fiunt per imaginem quae pudenda sunt, 15 ut fiant sine pudore quae vera sunt. Spectant haec adolescentes, quorum lubrica aetas, quae fraenari ac regi debet, ad vitia et peccata his imaginibus eruditur. Circus vero innocentior existimatur; sed major hic furor est, siquidem mentes spectantium tanta 20 efferuntur insania, ut non modo in convitia, sed etiam in rixas nec non et proelia et contentiones saepe consurgant. Fugienda igitur omnia spectacula, ut tranquillum mentis statum tenere possimus. Renuntiandum noxiis voluptatibus, ne, deleniti sua-25 vitate pestifera, in mortis plagas incidamus.

CAP. LXIV.

Affectus sunt domandi, et a vetitis abstinendum. Inst. vi. 18.

Placeat sola virtus, cujus merces immortalis est quum vicerit voluptatem. Superatis autem affectibus et perdomitis voluptatibus, facilis in compri-30 mendis ceteris labor est ei, qui sit Dei veritatisque sectator. Non maledicet unquam, qui speravit [*fors.* speraverit] a Deo benedictionem: non pejerabit, ne

Deum ludibrio habeat; sed ne jurabit quidem, ne quando vel necessitate, vel consuetudine in perjurium cadat: nihil subdole, nihil dissimulanter loquetur; neque abnegabit quod spoponderit, neque promittet quod facere non possit: non invidebit cui- 5 quam, qui se suoque contentus sit; nec detrahet aut male alteri volet, in quem forsitan beneficia Dei proniora sunt: non furabitur, nec omnino quicquam concupiscet alienum; non dabit in usura pecuniam, (hoc est enim de alienis malis lucra captare,) nec ta- 10 men negabit, si qui sit quem necessitas coget mutuari. Non sit asper in filium neque in servum: Eph. vi. 9. meminerit quod et ipse Patrem habeat et Dominum. Ita cum his agat, quemadmodum secum agi vellet. Munera superabundantia non accipiat a tenuioribus; 15 nec enim justum est augeri patrimonia locupletum Matt. v. 21. per damna miserorum. Vetus praeceptum est, non occidere; quod non sic accipi debet, tanquam jubeamur ab homicidio tantum, quod etiam legibus publicis vindicatur, manus abstinere; sed hac jus- 20 sione interposita, nec verbo licebit periculum mortis inferre, nec infantem necare aut exponere, nec seipsum voluntaria morte damnare. Item non adulterare; sed hoc praecepto non solum corrumpere alienum matrimonium prohibemur, quod etiam com- 25 muni gentium jure damnatur, verum etiam prostitutis corporibus abstinere. Supra leges enim Dei lex est: ea quoque, quae pro licitis habentur, vetat, ut justitiam consummet. Ejusdem legis est, falsum testimonium non dicere, quod et ipsum latius patet. 30 Nam si falsum testimonium mendacio nocet ei contra quem dicitur, et fallit eum apud quem dicitur, nunquam igitur mentiendum est, quia mendacium

semper aut fallit aut nocet. Non est ergo vir justus, qui etiam sine noxa in otioso sermone mentitur. Huic vero nec adulari licet, perniciosa est enim ac deceptrix adulatio; sed ubique custodiet veritatem, 5 quae licet sit ad praesens insuavis, tamen, quum fructus ejus atque utilitas apparuerit, non odium pariet, ut ait Poeta, sed gratiam.

CAP. LXV.

Praecepta eorum quae jubentur, et de misericordia. Inst. vi. 10.

Dixi de iis quae vetantur: dicam nunc breviter 10 quae jubentur. Innocentiae proxima est misericordia. Illa enim malum non facit, haec bonum operatur: illa inchoat justitiam, haec complet. Nam quum imbecillior sit hominum natura quam ceterarum animantium, quas Deus et instructas ad inferendam 15 et munitas ad vim repellendam figuravit, affectum nobis misericordiae dedit, ut omne praesidium vitae nostrae in mutuis auxiliis poneremus. Si enim ficti ab uno Deo, et orti ab uno homine, consanguinitatis jure sociamur, omnem igitur hominem dili- 20 gere debemus. Itaque non tantum inferre injuriam non oportet, sed ne illatam quidem vindicare, ut sit in nobis perfecta innocentia. Et ideo jubet nos Deus etiam pro inimicis precem facere semper. Ergo animal commune atque consors esse debemus, 25 ut nos invicem praestandis et accipiendis auxiliis muniamus. Multis enim casibus et incommodis fragilitas nostra subjecta est. Spera et tibi accidere posse, quod alteri videas accidisse. Ita demum excitaberis ad opem ferendam, si sumpseris ejus 30 animum, qui opem tuam in malis constitutus implorat. Si quis victu indiget, impertiamus; si quis nudus occurret [*fors.* occurrit *Davis.*], vestiamus;

Act. xvii. 26.

si quis a potentiore injuriam sustinet, eruamus. Pateat domicilium nostrum peregrinis vel indigentibus tecto. Pupillis defensio, viduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captivos magnum misericordiae opus est, aegros item pauperes 5 visere atque refovere. Inopes aut advenae si obierint, non patiamur insepultos jacere. Haec sunt opera, haec officia misericordiae, quae si quis obierit, verum et acceptum sacrificium Deo immolabit. Haec litabilior victima est apud Deum, qui non pe- 10 cudis sanguine, sed hominis pietate placatur; quem Deus, quia justus est, suamet ipsum lege, sua et conditione prosequitur: miseretur ejus, quem viderit misericordem: inexorabilis est ei, quem precantibus cernit immitem. Ergo, ut haec omnia, quae Deo 15 placent, facere possimus, contemnenda est pecunia, et ad coelestes transferenda thesauros, *ubi nec fur* Matt. v. 19. *effodiat, nec rubigo consumat,* nec tyrannus eripiat, sed nobis ad aeternam opulentiam, Deo custode, servetur. 20

CAP. LXVI.

De fide, fortitudine, et castitate. Inst. vi. 23.

Fides quoque magna justitiae pars est, quae maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus, conservanda est, praecipue in religione, quia Deus prior est et potior quam homo. Et si est gloriosum pro amicis, 25 pro parentibus, pro liberis, id est, pro homine suscipere mortem, et qui hoc fecerit, diuturnam memoriam laudemque consequitur, quanto magis pro Deo, qui potest aeternam vitam pro temporali morte praestare? Itaque quum inciderit ejusmodi necessi- 30 tas, ut desciscere a Deo, atque ad ritus gentium transire cogamur, nullus nos metus, nullus terror inflectat, quo minus traditam nobis fidem custodia-

mus. Deus sit ante oculos, sit in corde, cujus interno auxilio dolorem viscerum, et adhibita corpori tormenta superemus. Nihil tunc aliud quam vitae immortalis praemia cogitemus. Ita facile, etsi dis-
5 sipandi artus fuerint, tolerabimus universa quae in nos tyrannicae crudelitatis amentia molietur. Postremo ipsam mortem non inviti aut timidi, sed libentes et interriti subire nitamur, quum sciamus quali apud Deum gloria simus functuri [*Al.* futuri,
10 *fors.* fruituri *Davis.*]; triumphato saeculo ad promissa venientes, quibus bonis, quanta beatitudine brevia haec poenarum mala et hujus vitae damna pensemus. Quod si facultas hujus gloriae deerit, habebit fides etiam in pace mercedem. Teneatur ergo
15 in omnibus vitae officiis: teneatur in matrimonio; non enim satis est, si aut alieno toro aut lupanari abstineas. Qui habet conjugem, nihil quaerat extrinsecus, sed contentus ea sola, casti et inviolati cubilis sacramenta custodiat. Est enim Deo et incestus,
20 qui abjecto jugo, vel in liberam, vel in servam peregrina voluptate luxuriat. Sed sicut foemina castitatis vinculis obligata est, ne aliud concupiscat, ita vir eadem lege teneatur [*fors.* tenetur *Davis.*], quoniam Deus virum et uxorem unius corporis
25 compage solidavit. Ideo praecepit, non dimitti uxorem, nisi crimine adulterii revictam: ut nunquam conjugalis foederis vinculum, nisi quod perfidia ruperit, resolvatur. Illud quoque ad consummandam pudicitiam jungitur, ut non modo peccatum absit,
30 verum etiam cogitatio; pollui enim mentem quamvis inani cupiditate; itaque justum hominem, quod sit secus, nec facere oportere, nec velle. Purganda est igitur conscientia, quam Deus pervidet, qui falli

non potest. Emaculetur omni labe pectus, ut templum Dei esse possit, quod non auri nec eboris nitor, sed fidei et castitatis fulgor illustrat.

CAP. LXVII.

De poenitentia, animae immortalitate, et de Providentia. Inst. vi. 24, 25. vii. 2, 3.

Sed enim haec omnia difficilia sunt homini, nec 5 patitur conditio fragilitatis naturae esse quenquam sine macula. Ultimum ergo remedium illud est, ut confugiamus ad poenitentiam, quae non minimum locum inter virtutes habet, quia sui correctio est; ut, quum forte aut re aut verbo lapsi fuerimus, 10 statim resipiscamus, ac nos deliquisse fateamur, oremusque a Deo veniam, quam pro sua misericordia non negabit, nisi perseverantibus in errore. Magnum est poenitentiae auxilium, magnum solatium. Illa est vulnerum peccatorumque sanatio: illa spes, 15 illa portus salutis; quam qui tollit, viam vitae sibi amputat: quia nemo esse tam justus potest ut nunquam sit ei poenitentia necessaria. Nos vero, etiamsi nullum sit peccatum, confiteri tamen debemus Deo et pro delictis nostris identidem deprecari, gratias 20 agere etiam in malis. Hoc semper obsequium Domino deferamus. Humilitas enim cara et amabilis Deo est, qui quum magis suscipiat peccatorem confitentem quam justum superbum, quanto magis justum suscipiet confitentem, eumque in regnis coe- 25 lestibus faciet pro humilitate sublimem. Haec sunt quae debet cultor Dei exhibere, hae sunt victimae, hoc sacrificium placabile, hic verus est cultus, quum homo mentis suae pignora in aram Dei confert. Summa illa majestas hoc cultore laetatur, hunc ut 30 filium suscipit, eique idoneum praemium immortalitatis impertit; de qua nunc mihi disserendum est, et

arguenda persuasio eorum, qui exstingui animas cum corporibus arbitrantur. Qui quia nec Deum sciebant, nec arcanum mundi perspicere poterant, ne hominis quidem animaeque rationem comprehende-
5 runt. Quomodo enim possent sequentia pervidere, qui summam non tenebant? Negantes igitur esse ullam providentiam, utique Deum, qui fons et caput rerum est, negaverunt. Sequebatur ut ea quae sunt, aut semper fuisse dicerent, aut sua sponte esse nata,
10 aut minutorum seminum conglobatione concreta. Semper fuisse non potest, quod et est et visui subjacet; ipsum enim esse sine aliquo initio non potest. Sua sponte autem nihil nasci potest, quia nulla est sine generante natura. Semina vero principalia
15 quomodo esse potuerunt, quum et semina ex rebus oriantur, et vicissim res ex seminibus? Nullum igitur semen est quod originem non habeat. Sic factum est, ut, quum putarent mundum nulla providentia generatum, ne hominem quidem putarint
20 aliqua ratione generari. Quod si nulla esset in fingendo homine ratio versata, immortalem igitur animam esse non posse. Alii vero ex adverso et Deum esse unum, et ab eo mundum factum, et hominum causa factum, et animas esse immortales existi-
25 maverunt. Sed quum vera sentirent, hujus tamen divini operis atque consilii nec causas, nec rationes, nec exitus perspexerunt, ut omne veritatis arcanum consummarent, atque aliquo veluti fine concluderent. Sed quod illi facere non potuerunt, quia veritatem
30 perpetuo non tenebant, nobis faciendum est qui eam cognovimus Deo adnuntiante.

CAP. LXVIII.

De mundo, homine, et Dei providentia. Inst. vii. 4.

Consideremus igitur quae ratio fuerit hujus tanti tamque immensi operis fabricandi. Fecit Deus mundum, sicut Plato existimavit, sed cur fecerit, non ostendit. 'Quia bonus,' inquit, 'et invidens nulli, 5 'fecit quae bona sunt.' Atqui videmus in rerum natura et bona esse et mala. Potest ergo exsistere perversus aliquis, qualis fuerit ἄθεος ille Theodorus, et Platoni respondere: 'Immo, quia malus est, fecit 'quae mala sunt.' Quomodo illum redarguet? Si 10 quae bona sunt Deus fecit, unde igitur tanta mala eruperunt, quae plerumque etiam praevalent bonis? 'In materia,' inquit, 'continebantur.' Si mala, ergo et bona; ut aut nihil fecerit Deus, aut si bona tantum fecit, aeterniora sunt [*fors.* sint *Davis.*] mala, 15 quae facta non sunt, quam bona quae habuerunt exordium. Finem igitur habebunt quae aliquando coeperunt, et permanebunt quae semper fuerunt. Mala ergo potiora sunt. Si autem potiora esse non possunt, ne aeterniora quidem possunt. Ergo aut 20 utraque semper fuerunt, et Deus otiosus, aut utraque ex uno fonte fluxerunt. Est enim convenientius, ut Deus omnia fecerit potius quam nihil. Ergo secundum sententiam Platonis idem Deus et bonus est, quia bona fecit, et malus, quia mala. Quod si fieri 25 non potest, apparet non ideo factum esse a Deo mundum, quia bonum est mundus; omnia enim complexus est bona et mala, nec fit propter se quicquam, sed propter aliud. Domus etiam aedificatur non ad hoc solum, ut sit domus, sed ut suscipiat et 30 tueatur habitantem. Item navis fabricatur, non ut navis videatur tantum, sed ut in ea possint homines

navigare. Vasa item fiunt, non ut vasa sint solum, sed ut capiant quae sunt usui necessaria. Sic et mundum Deus ad usum aliquem fecerit necesse est. Stoici aiunt hominum causa factum, et recte; homi-
5 nes enim fruuntur his omnibus bonis quae mundus in se continet. Sed ipsi homines cur facti sint, aut quid in illis utilitatis habeat fabricatrix illa rerum providentia, non explicant. Immortales esse animas idem Plato affirmat; sed cur aut quomodo aut
10 quando aut per quem immortalitatem assequantur, aut quod sit omnino tantum illud mysterium, cur ii qui sunt immortales futuri, prius mortales nascantur, deinde, decurso temporalis vitae spatio, atque abjectis fragilium corporum exuviis, ad aeter-
15 nam illam beatitudinem transferantur, non comprehendit. Denique nec judicium Dei, nec discrimen justi et injusti explicavit; sed [*fors.* sed quum *conj. Pfaffius*] animas, quae se sceleribus immerserint, hactenus condemnari putavit, ut in pecudibus renas-
20 cantur, et ita peccatorum suorum luere poenas, donec rursus ad figuras hominum revertantur, et hoc fieri semper, nec esse finem transmeandi, ludum mihi nescio quem inducit, somnio similem, cui nec ratio ulla, nec Dei gubernatio, nec consilium aliquod in-
25 esse videatur.

CAP. LXIX.

Mundum propter hominem, et hominem propter Deum esse factum. Inst. vii. 5, 6, 8.

Dicam nunc quae sit illa summa, quam ne ii quidem qui vera dixerunt, collatis in unum causis atque rationibus, connectere potuerunt. Factus a Deo
30 mundus ut homines nascerentur; nascuntur autem homines ut Deum patrem agnoscant in quo est sapientia, agnoscunt ut colant in quo est justitia,

colunt ut mercedem immortalitatis accipiant, accipiunt immortalitatem ut in aeternum Deo serviant. Videsne quemadmodum sibi connexa sint et prima cum mediis et media cum extremis? Inspiciamus singula, et videamus utrumne illis ratio subsistat. 5 Fecit Deus mundum propter hominem. Hoc qui non pervidet, non multum distat a pecude. Quis coelum suspicit nisi homo? quis solem? quis astra? Quis omnia Dei opera miratur, nisi homo? Quis colit terram? quis ex ea fructum capit? Quis navi- 10 gat mare? Quis pisces, quis volatilia, quis quadrupedes, habet in potestate nisi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit, quia usui hominis cuncta cessere. Viderunt hoc philosophi, sed illud quod sequitur non viderunt, quod ipsum hominem 15 propter se fecerit. Erat enim consequens, et pium, et necessarium, ut, quum hominis causa tanta opera molitus sit, quum tantum illi honoris, tantum dederit potestatis, ut dominetur mundo, homo agnosceret Deum, tantorum beneficiorum auctorem, qui 20 et ipsum fecit mundum propter ipsum, eique cultum et honorem debitum redderet. Hic Plato aberravit, hic perdidit quam primum arripuerat veritatem, quum de cultu ejus Dei quem conditorem rerum ac parentem fatebatur obticuit, nec intel- 25 lexit hominem Deo pietatis vinculis esse religatum, unde ipsa religio nominatur, et hoc esse solum propter quod animae immortales fiant. Sensit tamen aeternas esse; sed non per gradus ad eam sententiam descendit, amputatis enim mediis incidit potius 30 in veritatem, quasi per abruptum aliquod praecipitium, nec ulterius progressus est, quoniam casu non ratione verum invenerat. Colendus est igitur Deus.

ut per religionem, quae eadem justitia est, accipiat homo a Deo immortalitatem; nec est ullum aliud praemium piae mentis, quae, si est invisibilis, non potest ab invisibili Deo nisi invisibili mercede 5 donari.

CAP. LXX.

Animae immortalitas confirmatur. Inst. vii. 8, 14.

Plurimis vero argumentis colligi potest aeternas esse animas. Plato ait, quod per seipsum semper movetur, neque principium motus habet, etiam finem 10 non habere; animum autem hominis per se semper moveri, qui, quia sit ad cogitandum mobilis, ad inveniendum solers, ad percipiendum facilis, ad discendum capax, et quia praeterita teneat, praesentia comprehendat, futura prospiciat, multarumque rerum 15 et artium scientiam complectatur, immortalem esse, siquidem nihil habeat in se terreni ponderis labe concretum. Praeterea ex virtute ac voluptate intelligitur aeternitas animae. Voluptas omnibus est communis animalibus, virtus solius est hominis; 20 illa vitiosa est, haec honesta; illa secundum naturam, haec adversa naturae, nisi anima immortalis est. Virtus enim pro fide, pro justitia, nec egestatem timet, nec exsilium metuit, nec carcerem perhorrescit, nec dolorem reformidat, nec mortem 25 recusat; quae quia naturae contraria sunt, aut stultitia est virtus, si et commoda impedit et vitae nocet; aut si stultitia non est, ergo anima immortalis est, et ideo praesentia bona contemnit, quia sunt alia potiora, quae post dissolutionem corporis asse-30 quatur. Illud etiam maximum argumentum immortalitatis, quod Deum solus homo agnoscit. In mutis nulla suspicio religionis est, quia terrena sunt in terramque prostrata. Homo ideo rectus aspicit

coelum, ut Deum quaerat. Non potest igitur non esse immortalis, qui immortalem desiderat. Non potest esse solubilis, qui cum Deo et vultu et mente communis est. Denique coelesti elemento, quod est ignis, homo solus utitur. Si enim lux per ig- 5 nem, vita per lucem, apparet eum, qui usum ignis habeat, non esse mortalem; quoniam id illi proximum, id familiare est, sine quo non potest nec lux nec vita constare. Sed quid argumentis colligimus aeternas esse animas, quum habeamus testimonia di- 10 vina? Id enim sacrae literae ac voces Prophetarum docent. Quod si cui parum videtur, legat carmina Sibyllarum, Apollinis quoque Milesii responsa consideret, ut intelligat delirasse Democritum, et Epicurum, et Dicaearchum, qui soli omnium morta- 15 lium quod est evidens negaverunt. Confirmata immortalitate, superest docere, a quo, et quibus, et quomodo, et quando tribuatur? Quum certa et constituta divinitus tempora compleri coeperint, interitum et consummationem fieri necesse est, ut in- 20 novetur a Deo mundus. Id vero tempus in proximo est, quantum de numero annorum, deque signis quae praedicta sunt a Prophetis, colligi potest. Sed quum sint innumerabilia quae de fine saeculi et conclusione temporum dicta sunt, ea ipsa quae dicuntur 25 nuda ponenda sunt, quoniam, ut testimoniis utamur, immensum est. Si quis illa desiderat, aut nobis minus credit, adeat ad ipsum sacrarium coelestium litterarum, quarum fide instructus errasse philosophos sentiat, qui aut aeternum esse hunc mundum, 30 aut infinita esse annorum millia putaverunt, ex quo fuerit instructus. Nondum enim sex millia completa sunt; quo numero consummato, tunc demum

malum omne tolletur, ut regnet sola justitia. Quod quatenus eventurum sit, paucis explicabo.

CAP. LXXI.

Haec autem a Prophetis, sed et vatibus futura di- 5 cuntur. Quum coeperit mundo finis ultimus pro- pinquare, malitia invalescet, omnia vitiorum et fraudum genera crebrescent, justitia interibit, fides, pax, misericordia, pudor, veritas non erit, vis et audacia praevalebit, nemo quicquam habebit nisi manu 10 partum manuque defensum. Si qui erunt boni, praedae ludibrio habebuntur. Nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo infantis aut senis miserebitur, avaritia et libido universa corrumpet. Erunt caedes et sanguinis effusiones. Erunt bella non modo 15 externa et finitima, verum etiam intestina. Civitates inter se belligerabunt, omnis sexus et omnis aetas arma tractabit. Non imperii dignitas conservabitur, non militiae disciplina; sed more latrocinii depraedatio et vastitas fiet. Regnum multiplicabi- 20 tur, et decem viri occupabunt orbem, partientur, devorabunt; et existet alius longe potentior ac nequior, qui, tribus ex eo numero deletis, Asiam possidebit, et ceteris in potestatem suam redactis et adscitis vexabit omnem terram. Novas leges statuet, 25 veteres abrogabit, rempublicam suam faciet, nomen imperii sedemque mutabit. Tunc erit tempus infandum et exsecrabile, quo nemini libeat vivere. Denique in eum statum res cadet, ut vivos lamentatio, mortuos gratulatio sequatur. Civitates et op- 30 pida interibunt, modo ferro, modo igni, modo terrae motibus crebris, modo aquarum inundatione, modo pestilentia et fame. Terra nihil feret, aut frigori-

De temporibus postremis. vii. 15–19.

Dan. vii. 25.

bus nimiis aut caloribus sterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem, partim amaritudine vitiabitur, ut nihil sit nec ad cibos utile, nec ad potum salubre. His malis accedent etiam prodigia de coelo, ne quid desit hominibus ad timorem. Cometae crebro apparebunt. Sol perpetuo pallore fuscabitur. Luna sanguine inficietur, nec amissae lucis damna reparabit. Stellae omnes decident, nec temporibus sua ratio constabit, hyeme atque aestate confusis. Tunc et annus, et mensis, et dies breviabitur. Et hanc esse mundi senectutem ac defectionem Trismegistus elocutus est. Quae quum evenerint, adesse tempus sciendum est, quo Deus ad commutandum saeculum revertatur. Inter haec autem mala surget rex impius, non modo generi hominum sed etiam Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyranni conteret, cruciabit, vexabit, interimet. Tunc erunt lachrymae juges, luctus et gemitus perpetes, et ad Deum cassae preces, nulla requies a formidine nec somnus ad requiem. Dies cladem, nox metum semper augebit. Sic orbis terrarum paene ad solitudinem, certe ad raritatem hominum redigetur. Tunc et impius justos homines ac dicatos Deo persequetur, et se coli jubebit ut Deum. Se enim dicet esse Christum, cujus erit adversarius. Ut credi ei possit, accipiet potestatem mirabilia faciendi, ut ignis descendat a coelo, ut sol resistat a cursu suo, ut imago quam posuerit loquatur. Quibus prodigiis illiciet multos, ut adorent eum signumque ejus in manu aut fronte suscipiant. Et qui non adoraverit, signumque susceperit, exquisitis cruciatibus morietur. Ita fere duas partes exterminabit, tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille, vecors, ira impla-

Dan. vii. 25. 2 Thess. ii 4.

cabili furens, adducet exercitum, et obsidebit montem quo justi confugerint. Qui quum se viderint circumsessos, implorabunt auxilium Dei voce magna, et exaudiet eos, et mittet eis liberatorem.

5

CAP. LXXII.

De judicio universali, et de Regno millenario. Inst. vii. 20, 24, 26.

Tunc coelum intempesta nocte patefiet, et descendet Christus in virtute magna, et anteibit eum claritas ignea, et vis inestimabilis angelorum; et exstinguetur omnis illa multitudo impiorum, et tor-
10 rentes sanguinis current, et ipse ductor effugiet, atque exercitu saepe reparato, quartum praelium faciet, quo captus cum ceteris omibus tyrannis, tradetur exustioni. Sed et ipse daemonum princeps, auctor et machinator malorum, catenis alligatus, [Rev. xx. 1, 2.]
15 custodiae dabitur, ut pacem mundus accipiat, et vexata tot saeculis terra requiescat. Pace igitur parta, compressoque omni malo, Rex ille justus et victor, judicium magnum de vivis et mortuis faciet super [11, 12.] terram; et viventibus quidem justis tradet in servi-
20 tium gentes universas, mortuos autem ad aeternam vitam suscitabit, et in terra cum iis ipse regnabit, et condet sanctam civitatem; et erit hoc regnum justorum mille annis. Per idem tempus stellae candidiores erunt, et claritas solis augebitur, et luna
25 non patietur diminutionem. Tunc descendet a Deo pluvia benedictionis matutina et vespertina, et omnem frugem terra sine labore hominum procreabit. Stillabunt mella de rupibus, lactis et vini fontes [Joel iii. 18. Is. xi. 6–9.] exuberabunt, bestiae deposita feritate mansuescent,
30 lupus inter pecudes errabit innoxius, vitulus cum leone pascetur, columba cum accipitre congregabitur, serpens virus non habebit, nullum animal

vivet ex sanguine, omnibus enim Deus copiosum atque innocentem victum ministrabit. Peractis vero mille annis, ac resoluto daemonum principe, rebellabunt gentes adversus justos, et veniet innumerabilis multitudo ad expugnandam sanctorum civitatem. Tunc fiet ultimum judicium Dei adversus gentes. Concutiet enim a fundamentis suis terram, et corruent civitates, et pluet super impios ignem cum sulphure et grandine, et ardebunt, et se invicem trucidabunt. Justi vero sub terra paulisper latebunt, donec perditio gentium fiat, et exibunt post diem tertium, et videbunt campos cadaveribus opertos. Tunc fiet terrae motus, et scindentur montes, et subsident valles in altitudinem profundam, et congerentur in eam corpora mortuorum, et vocabitur nomen ejus Polyandrium. Post haec renovabit Deus mundum, et transformabit justos in figuras angelorum, ut immortalitatis veste donati serviant Deo in sempiternum. Et hoc erit regnum Dei, quod finem non habebit. Tunc et impii resurgent, non ad vitam, sed ad poenam. Eos quoque, secunda resurrectione facta, Deus excitabit, ut ad perpetua tormenta damnati et aeternis ignibus traditi merita pro sceleribus suis supplicia persolvant.

Rev. xx. 7. Is. lxvi. 24. Is. lxv. 17. Rev. xxi. 1.

EPILOGUS.

Spes salutis in Dei religione et cultu.

Quare quum haec omnia vera et certa sint, Prophetarum omnium consonanti adnuntiatione praedicta, quum eadem Trismegistus, eadem Hystaspes, eadem Sibyllae cecinerint, dubitari non potest quin spes omnis vitae ac salutis in sola Dei religione sit posita. Itaque nisi homo Christum susceperit quem Deus ad liberationem misit atque missurus est, nisi

summum Deum Christum [*Al.* Deum per eum] cognoverit, nisi mandata ejus legemque servaverit, in eas incidet poenas de quibus locuti sumus. Proinde fragilia contemnenda sunt ut solida consequamur, 5 spernenda terrena ut coelestibus honoremur, temporalia fugienda ut ad aeterna veniamus. Erudiat se quisque ad justitiam, reformet ad continentiam, praeparet ad agonem, instruat ad virtutem, ut, si forte adversarius indixerit bellum, nulla vi, nullo terrore, 10 nullis cruciatibus a recto et bono depellatur. Non se substernat insensibilibus figmentis, sed verum et solum Deum rectus agnoscat, abjiciat voluptates quarum illecebris anima sublimis deprimitur ad terram, teneat innocentiam, prosit quamplurimis, in-15 corruptibiles sibi thesauros bonis operibus acquirat, ut possit, Deo judice, pro virtutis suae meritis, vel coronam fidei vel praemium immortalitatis adipisci.

INDEX
RERUM ET PHRASIUM.

INDEX

RERUM ET PHRASIUM.

B.

C.

D.

E.

F.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

T.

BOOKS

PRINTED FOR THE UNIVERSITY OF OXFORD:

SOLD BY

JOHN HENRY PARKER, Oxford, and 377, Strand, London:

and E. GARDNER, 7, Paternoster Row, London:

At the following Prices in boards.

VETUS TESTAMENTUM Græcum cum Variis Lectionibus, (Holmes et Parsons). Tomi V. fol. 1798. 1827. 10*l. in sheets.*
———— ex versione LXX. 1848, 3 vols. 12mo. 14*s.*
NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM (Millii). 18mo. 1851. 2*s.* 6*d.*
—— *Accedunt parallela S. Scripturæ Loca,* 12mo. 1856. 3*s.*
—— Greek and English, by E. CARDWELL, D. D. 2 vols. 1837. crown 8vo. 9*s.*
DIATESSARON: Ed. J. WHITE. 1856. 12mo. 3*s.* 6*d.*
EUSEBII Eclogæ Propheticæ, GAISFORD. 8vo. 10*s.* 6*d.*
—— Evangelica Præparatio, GAISFORD. Tomi IV. 2*l.* 10*s.*
—— Evangelica Demonstratio, GAISFORD. Tomi II. 1*l.* 1*s.*
—— Contra Hieroclem et Marcellum, GAISFORD. 1852. 10*s.* 6*d.*
EUSEBII Historia Ecclesiastica, ed. E. BURTON, 1856. 8vo. 8*s.* 6*d.*
—— ANNOTATIONES, tomi II. 8vo. 1842. 17*s.*
SOCRATIS Ecclesiastica Historia. Ed. HUSSEY. Tomi 3. 1853. 8vo. 31*s.* 6*d.*
EVAGRII Historia Ecclesiastica, VALESII. 8vo. 1844. 7*s.*
THEODORETI Historia Ecclesiastica, GAISFORD, 1854. 10*s.* 6*d.*
THEODORETI Græcarum Affectionum Curatio, GAISFORD. 14*s.*
CATENA GRÆCORUM PATRUM in Novum Testamentum. Tomi VIII. Ed. J. A. CRAMER, S. T. P. 1838–44. 8vo. 2*l.* 4*s.*
PATRES APOSTOLICI. Ed. JACOBSON. *Ed.* 3. Tomi II. 1847. 8vo. 1*l.* 1*s.*
ORIGENIS Philosophumena sive omnium Hæresium Refutatio. E codice Parisino nunc primum edidit EMMANUEL MILLER. 1851. 8vo. 10*s.*
ROUTH, Reliquiæ Sacræ 2di 3tiique sæculi. *Ed.* 2. Tomi V. 1846–48. 8vo. 2*l.* 11*s.*

BÆDÆ Historia Ecclesiastica, HUSSEY, 1846. 8vo. 7*s.* 6*d.*
BEVERIDGE on the XXXIX Article. Third complete edition. 1847. 8vo. 8*s.*
BISCOE on the Acts of the Apostles. 1840. 8vo. 9*s.* 6*d.*
BULL'S Works, by BURTON. 8 vols. 1846. 8vo. 2*l.* 9*s.*
BURNET on the XXXIX Articles. 1846. 8vo. 7*s.*
BURTON'S (Edward) Testimonies of the Ante-Nicene Fathers to the Divinity of Christ. 1829. 8vo. 13*s.* 6*d.*
—— to the Doctrine of the Trinity and of the Divinity of the Holy Ghost. 1831. 8vo. 5*s.* 6*d.*
BUTLER'S (Bp.) Works. 2 vols. 1849. 8vo. 11*s.*
—— Analogy of Religion. 1833. 12mo. 4*s.* 6*d.*
CLERGYMAN'S Instructor. *Sixth edition.* 1855. 8vo. 6*s.* 6*d.*
COMBER'S Companion to the Temple, &c. 7 vols. 2*l.* 3*s.* 6*d.*
ENCHIRIDION Theologicum Anti-Romanum. Vol. I. Jer. Taylor's Dissuasive from Popery and Treatise on the Real Presence. 1852. 8vo. 8*s.*
—— Vol. II. Barrow on Supremacy of the Pope; with Discourse on the Unity of the Church. 1852. 8vo. 7*s.* 6*d.*
—— Vol. III. SELECTED TRACTS. 1837. 8vo. 11*s.*

FELL, (Bp.)? upon St. Paul's Epistles. 1852. 8vo. 7*s.*
GRESWELL'S Harmonia Evangelica. *Ed.* 5. 1856. 8vo. 9*s.* 6*d.*—Prolegomena, 8vo. 9*s.* 6*d.*— Dissertations, 5 vols. 8vo. 3*l.* 3*s.*—Fasti Temporis Cathol. 1852. 8vo. 60*s.*—Origines Kalend. Ital. 4 vols. 1854. 8vo. 42*s.*
HAMMOND on the New Testament. 4 vols. 8vo. 1*l.* 10*s.*
HAMMOND on the Psalms; by BRANCKER. 2 vols. 8vo. 1*l.* 1*s.*
HOOKER'S Ecclesiastical Polity, etc., with Life by Walton, etc.; by Rev. JOHN KEBLE, M.A. 3d edition. 3 vols. 1844. 8vo. 1*l.* 11*s.* 6*d.*
—— without Keble's Notes. 2 vols. 1850. 8vo. 11*s.*
*HOOPER'S (Bishop George) WORKS, 2 vols. 8vo. 16*s.*
JACKSON'S (Dr. Thomas) WORKS. 12 vols. 1844. 8vo. 4*l.* 16*s.*
JEWEL'S Works, by JELF. 8 vols. 1847. 8vo. 3*l.* 12*s.*
LESLIE'S (C.) Theological Works. 7 vols. 1832. 2*l.* 16*s.*
NEWCOME'S (Abp.) on our Lord's Conduct. 1852. 8vo. 8*s.*
PEARSON on the Creed. Edited by BURTON. 1857. 8vo. 10*s.* 6*d.*
—— Minor Theological Works, by CHURTON. 2 vols. 1844. 8vo. 14*s.*
PRIDEAUX'S Connection of Sacred and Profane History. 2 vols. 8vo. 14*s.*
SHUCKFORD'S Sacred and Profane History connected. 2 vols. 8vo. 16*s.*
SANDERSON'S Works, *now first collected* by W. JACOBSON, D. D. 6 vols. 1854. 8vo. 1*l.* 19*s.*
SHARP'S (Abp.) Theological Works. 5 vols. 1829. 1*l.* 16*s.*
SHARP'S (Archd.) on the Rubric and Canons. 1834. 8vo. 5*s.*
SMALRIDGE'S (Bp.) SERMONS. 1852. 2 vols. 15*s.*
SOUTH'S (Robert) Sermons. 5 vols. 1842. 8vo. 2*l.* 10*s.* 6*d.*
STILLINGFLEET'S Origines Sacræ. 2 vols. 1837. 8vo. 15*s.*
—— Rational Account of the Grounds of Protestant Religion: being a Vindication of Abp. Laud's Relation of a Conference, &c. 2 vols. 1844. 8vo. 17*s.*
WALL'S History of Infant Baptism, etc. New edition, by the Rev. H. COTTON, D.C.L. 4 vols. 1845. 8vo. 1*l.* 12*s.*
WATERLAND'S Works, with Life by Bp. VAN MILDERT, *and copious indexes.* New edition. 6 vols. 1856. 8vo. 2*l.* 11*s.*
WHEATLY on the Book of Common Prayer. 1846. 8vo. 5*s.*
WYCLIFFE'S Version of the Whole Bible, edited by FORSHALL and MADDEN. 4 vols. 1850. royal 4to. 5*l.* 15*s.* 6*d.*

CARDWELL'S Two Books of Common Prayer of K. Edwd. VI. Ed. 3. 8vo. 7*s.*
—— DOCUMENTARY ANNALS OF the Reformed Church of England, from 1546 to 1716. 2 vols. 1843. 8vo. 18*s.*
—— HISTORY OF CONFERENCES on the Book of Common Prayer, from 1551 to 1690. *Third edition.* 1849. 8vo. 7*s.* 6*d.*
—— SYNODALIA. A Collection of Articles, Canons, and Proceedings of Convocations, from 1547 to 1717. 2 vols. 1842. 8vo. 19*s.*
—— REFORMATIO LEGUM Ecclesiasticarum. As attempted under Henry VIII, Edward VI, and Elizabeth. 1850. 8vo. 6*s.* 6*d.*
FORMULARIES of Faith during the reign of Henry VIII. 1856. 8vo. 7*s.*
PRIMERS put forth under Henry VIII. *New edition.* 1848. 8vo. 9*s.*
SYLLOGE Confessionum Eccles. Reform. 1827. 8vo. 8*s.*
*BINGHAM'S Works, by Rev. R. BINGHAM. 10 vols. 1855. 8vo. 5*l.* 5*s.*
FULLER'S Church History of Britain, edited by the Rev. J. S. BREWER. 6 vols. 1845. 8vo. 1*l.* 19*s.*
STILLINGFLEET'S Origines Britannicæ, by PANTIN. 2 vols. 8vo. 1*l.* 1*s.*
*INETT'S History of the English Church (in continuation of Stillingfleet.) New edition by the Rev. J. GRIFFITHS. 3 vols. 1855. 8vo. 1*l.* 11*s.* 6*d.*

BURNET'S (Bp.) History of the Reformation. *New edition preparing.*
STRYPE'S Works complete, with General Index. 27 vols. 1821–40. 8vo. 14*l.* 10*s.*

Separately—Cranmer, 2 vols. 1840. 8vo. 1*l.* 1*s.*:—Parker, 3 vols. 1821. 8vo. 1*l.* 10*s.*:—Grindal, 1821. 8vo. 14*s.*:—Whitgift, 3 vols. 1822. 8vo. 1*l.* 10*s.*:—Aylmer, 1820. 8vo. 7*s.* 6*d.*:—Cheke, 1821. 8vo. 7*s.* 6*d.*:—Smith, 1820. 8vo. 8*s.*:—Ecclesiastical Memorials, 6 vols. 1822. 8vo. 3*l.* 3*s.*:—Annals, 7 vols. 1824. 8vo. 4*l.* 4*s.*:—General Index, 2 vols. 1828. 8vo. 1*l.* 5*s.*

LEWIS'S Life of Wiclif. 8vo. 10*s.* 6*d.* —— of Pecock. 8vo. 6*s.* 6*d.*
KNIGHT'S Life of Dean Colet. 1823. 8vo. 14*s.* 6*d.*
WALTON'S Lives of Donne, Wotton, &c. 1824. 8vo. 6*s.* 6*d.*
CRANMER'S Works, collected by JENKYNS. 4 vols. 1834 8vo. 1*l.* 10*s.*
*LE NEVE'S Fasti Ecclesiæ Anglicanæ: *continued to the present time by* T. D. HARDY. 3 vols. 1854. 8vo. 1*l.* 17*s.* 6*d.*
RALEGH'S (Sir W.) History of the World, etc. 8 vols. 8vo. 2*l.* 12*s.*
CLARENDON'S HISTORY OF THE REBELLION, etc., *from the original MS.* 7 vols. 1849. 8vo. 2*l.* 10*s.*
—— 7 vols. 1839. 18mo. 1*l.* 5*s.*
—— with His Life, by himself. 1 vol. royal 8vo. 1842. 1*l.* 2*s.*
—— Life, and Continuation of his History, (written by himself,) with the suppressed passages. 3 vols. 1827. 8vo. 16*s.* 6*d.*
* —— —— *from the original MS.* 2 vols. 8vo. 1857. 1*l.* 2*s.*
CARTE'S Life of James Duke of Ormond. *A new edition carefully compared with the original MSS.* 6 vols. 8vo. 1851. 2*l.* 6*s.*
MAY'S History of the Parliament which began November 3, 1640. *A new edition.* 1854. 8vo. 6*s.* 6*d.*
SPRIGG'S Anglia Rediviva: being the History of the Army under Sir T. Fairfax. *A new edition.* 1854. 8vo. 6*s.*
WHITELOCKE'S Memorials of English Affairs from 1625 to 1660. *A new edition.* 4 vols. 8vo. 1853. 1*l.* 10*s.*
BURNET'S (Bp.) History of His Own Time, with the suppressed Passages and Notes. 6 vols. 1833. 8vo. 2*l.* 10*s.*
—— History of the Reign of King James II. Notes by Dartmouth, Onslow, and Swift. *Additional Observations now enlarged.* 1852. 8vo. 9*s.* 6*d.*
—— Memoirs of James and William Dukes of Hamilton. *A new edition.* 1852. 8vo. 7*s.* 6*d.*
*LUTTRELL, a Brief Historical Relation of State Affairs. 1857. 8vo. 3*l.* 3*s.*
CLINTON'S FASTI HELLENICI, from earliest Accounts to Death of Augustus. 3 vols. 4to. 4*l.* 17*s.* Each volume to be had separately.
—— Epitome of Chronology of Greece, from earliest Accounts to Death of Augustus. 1851. 8vo. 6*s.* 6*d.*
—— FASTI ROMANI, from Death of Augustus to Death of Justin II.:—with Appendix, from Death of Augustus to Death of Heraclius. 2 vols. 4to. 3*l.* 9*s.* Each volume to be had separately.
—— Epitome of Chronology of Rome and Constantinople from Death of Augustus to Death of Justin II. 1854. 8vo. 7*s.*
BACON'S Novum Organon, a new translation by the Rev. G. W. KITCHIN, M.A. 8vo. 1855. 9*s.* 6*d.*
—— The Latin Text, with notes. 8vo. 1855. 9*s.* 6*d.*
ÆSCHYLUS DINDORFII. Ed. 2. 1851. 8vo. 5*s.* 6*d.*:—ANNOTATIONES, Partes II. 1841. 16*s.*:—Scholia Græca. 1851. 8vo. 8*s.* 6*d.*
ARISTOPHANES DINDORFII. Tomi II. 1835. 8vo. 11*s.*:—ANNOTATIONES, Partes II. 1837. 8vo. 19*s.*:—Scholia Græca, Partes III. 1839. 8vo. 1*l.* 11*s.* 6*d.*
EURIPIDES DINDORFII. Tomi II. 1834. 8vo. 14*s.*:—ANNOTATIONES, Partes II. 1840. 1*l.* 1*s.*

SOPHOCLES DINDORFII. ED. 3. 5*s.* 6*d.* *Cum annotationibus,* Tomi II. 1849. 8vo. 13*s.* :—ANNOTATIONES. 1836. 8vo. 9*s.* 6*d.* :—Scholia, ELMSLEY, 1825. 8*s.* 6*d.* :—Scholia Vol. II. DINDORF. 1852. 8*s.* 6*d.*

ORATORES ATTICI, BEKKERI, Tomus I. Antiphon, Andocides, et Lysias. 1822. 8vo. 7*s.* :—II. Isocrates. 1822. 8vo. 7*s.* :—III. Isæus, Æschines, Lycurgus, etc. 1823. 8vo. 7*s.*——Indices Græcitatis a T. MITCHELL, A. M. Tomi II. 14*s.* :—Index Græcitatis Isocraticæ, MITCHELL. 1828. 7*s.*

— DEMOSTHENES DINDORFII. Tomi IV. 1846. 8vo. 2*l.* 2*s.* :—Tomi V. VI. VII. ANNOTATIONES. 1849. 1*l.* 16*s.* :—Tomi VIII. IX. Scholia. 1851. 15*s.*

— SCHOLIA in Æschinem et Isocratem, DINDORFII. 1852. 4*s.*

— HARPOCRATIONIS Lexicon, DINDORFII. Tomi II. 1*l.* 1*s.*

ARISTOTELIS OPERA, BEKKERI. Tomi XI. 8vo. 3*l.* 11*s.* 6*d.* Each volume to be had separately.

HOMERI ILIAS cum brevi annotatione C. G. Heynii. Accedunt Scholia minora. Tomi II. 1834. 8vo. 15*s.*

*HOMERI ILIAS DINDORFII. 8vo. 1856. 5*s.* 6*d.*

*HOMERI ODYSSEA DINDORFII. 8vo. 1855. 5*s.* 6*d.*

*—— Scholia Græca, 2 vols. 8vo. 1855. 15*s.* 6*d.*

HEPHÆSTIONIS Enchiridion GAISFORDII. Tomi II. 8vo. 1855. 1*l.* 5*s.*

PLATO. Index Græcitatis Platonicæ, MITCHELL. Tomi II. 1832. 8vo. 14*s.*

PLOTINUS, edidit F. CREUZER. Tomi III. 1835. 4to. 3*l.* 6*s.*

STOBÆI FLORILEGIUM, GAISFORDII. Tomi IV. 8vo. 2*l.* 10.

—— ECLOGÆ, GAISFORDII. Tomi II. 1850. 8vo. 1*l.* 1*s.*

*XENOPHONTIS Expeditio Cyri, L. DINDORFII. 1855. 10*s.* 6*d.*

—— Historia Græca, L. DINDORFII. 1853. Ed. 2. 10*s.* 6*d.*

—— Memorabilia Socratis, ed. SCHNEIDER. 1826. 8vo. 8*s.* :—Œconomicus, etc. SCHNEIDER. 1826. 8vo. 8*s.* :—Opuscula Politica, etc. SCHNEIDER. 1817. 8vo. 10*s.* 6*d.*

A GREEK-ENGLISH LEXICON, by H. G. LIDDELL, D. D. and R. SCOTT, D. D. crown 4to. Ed. 4. 1855. 1*l.* 12*s.*

A LEXICON abridged from *the above.* Ed. 5. sq. 12mo. 1855. 8*s.* *bound.*

A COPIOUS GREEK-ENGLISH VOCABULARY, 24mo. *bd.* 3*s.* 6*d.*

GRÆCÆ GRAMMATICÆ RUDIMENTA, IN USUM SCHOLARUM. 12mo. 1857. *Eleventh edition, 4s. bound.*

Just Published.

STUDIES ON HOMER AND THE HOMERIC AGE. By the Right Hon. W. E. GLADSTONE, D.C.L., M.P. 3 vols. 8vo. 1*l.* 13*s.* or 11*s.* each volume.

REGISTRUM SACRUM ANGLICANUM. An attempt to exhibit the course of Episcopal Succession in England, from the Records and Chronicles of the Church. By WILLIAM STUBBS, M.A. 8*s.* 6*d.*

HARMONIA SYMBOLICA. A Collection of Creeds belonging to the Ancient Western Church, &c. By CHARLES A. HEURTLEY, D.D. 8vo. 6*s.* 6*d.*

A TREATISE ON INFINITESIMAL CALCULUS, &c. By BARTHOLOMEW PRICE, M.A., F.R.S., F.R.S.A. 8vo. 14*s.* 6*d.*

Nearly ready.

THE WORKS OF THE RIGHT REV. SYMON PATRICK, D.D., late Lord Bishop of Ely. Including his Autobiography. Edited by the Rev. A. TAYLOR, M.A. 9 vols. 8vo.